Hain 15149.

Gramatica Sulpicij

Castitas hec quinque [illegible] adulter

Amplissimo longeq; Reueren-
do patri & domino. domino An-
gelo pontifici Tyburtino. & in
Agro piceno vicelegato dignis-
simo Sulpitius Uerulanus cũ
plurima commendatione foelici
tatem.

Grammaticen quam in meorum vsum discipulorum ex di-
uersis latinae linguae autoribus olim propere legeram. & ve-
lut nondum coctam cererem esurientibus subministraueram
proxime accuratius recognoui additisq; pleris & paucis mu-
tatis subtractisq; paucioribus. postremam illi manum imposui.
tradidiq; impressoribus tuae dominationis nomini dedicans.
non equidem quo magnae id voluptati tibi fore existimarē. sed
vt omnes intelligerēt. adeo me tuae benignitati debere. vt nul
lus mihi sine tui nominis mentione libellus edatur. Uale
domine mi Perusie septimo idus Aprilis.

Sulpitij verulani examen

Grammatica est rectae loquelae. rectaeq; scripturae scientia. origo ⁊ fons omnium liberalium artium.

Grammaticae partes sunt quattuor. videlicet littera. syllaba. dictio. ⁊ oratio.

Littera. est minima pars vocis compositae ex litteris quae scribi potest individua. Et dicitur a litura vel a legendo quasi legitera. quia legendo iter praebet.

Litterae accidunt tria. Nomen quo appellantur. Figura qua depinguntur. Potestas. qua valent.

Litterae sunt in alphabeto duae ⁊ viginti. A. b. c. d. e. f. g. i. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. v. x. y. z.

Ex his quinq; sunt vocales. a. e. i. o. v.

Vocales ideo dictae. quia plenam per se vocem faciunt. Y. vocalis graeca est. ⁊ in graecis scribitur dictionibus. vt. Tityrus

Caeteras consonantes appellamus. quasi cum vocalibus sonantes. Sunt autem sedecim. B. c. d. f. g. k. l. m. n. p. q. r. s. t. x. z.

H. non est littera sed aspirationis nota.

Consonantes dividuntur in mutas ⁊ semivocales.

Mutae sunt novem. b. c. d. f. g. k. p. q. t. Mutae autem ideo dictae. quia respectu aliarum litterarum parum sonant.

Semivocales sunt septem. l. m. n. r. s. x. z. ideo dictae semivocales. quia plenam vocem non habent.

Ex his duae sunt liquidae. l. ⁊ r. Quas ideo liquidas appellamus. quia post mutas positae faciunt praecedentem syllabam esse communem. vt. Pharetra ⁊ pharetra.

Dipthongus. est conglutinatio duarum vocalium vim suam servantium in eadem syllaba.

Dipthongi sunt quattuor. ae. oe. au. eu. Harum duae scribuntur ⁊ non proferuntur. ae. ⁊ oe. vt. Aeneas. ⁊ Foenum. Au. et eu. scribuntur ⁊ proferuntur. vt. Audio. ⁊ Euge.

Syllaba. est vox litteralis quae sub uno accentu ⁊ uno spiritu indistanter profertur.

¶ Syllaba ꝯstare pōt ab vno ad sex litteras vt a. ab. abs. stra. trans. stirps

¶ Accidunt syllabe quattuor. Tenor. Spiritus. Tempus. et Numerus litterarum. Tercia ps gᵉ

¶ Dictio est minima pars orationis constructe. id est in ordīe posite. Pars autem q̄ntum ad totum intellectum. Quarta

¶ Oratio est ordinatio dictionum congruā perfectamqꝫ sententiaꝫ demonstrans.

¶ Oratio est duplex. scilicet Grāmatica. que cōstare potest ex nomine et verbo. Et rhetorica. que constat ex sex partibus

¶ Pars orationis est vox indicans mentis conceptum.

¶ Partes orationis sunt octo. Nomen. verbum. participium. ꝓnomen. prepositio. aduerbium. interiectio. ⁊ coniūctio.

¶ Ex his prima illa quattuor sunt declinabilia. Reliq̄ vero non declinantur. Nomen et Pronomen declinantur ꝑ casus Verbū per tempora ⁊ modos Participiū ꝑ tempora ⁊ casus

¶ Nomen est pars orationis que vnicuiqꝫ subiectorū corporum seu rerum ꝯmunē vel ꝓpriam qualitatem distribuit.

¶ Nomini accidunt q̄nqꝫ spēs. genus. nūerꝰ. figura. casus.

¶ Nominū. aliud ꝓpriū. aliud appellatiuum.

Propriuꝫ nomen est quod naturaliter vniuscuiusqꝫ priuatam substantiam ⁊ qualitatem significat.

¶ Propriorūꝫ nominum quattuor sunt species. Prenomen Nomen. Cognomen. ⁊ Agnomen.

Prenomen est. quod preponitur nomini differētie vel amicicie causa. vt Quintus. Aulus. Titus.

Nomen est ꝓprie vniuscuiusqꝫ suum. vt Cecilius.

Cognomen est cognationis nomen. vt Scipio.

Agnomē est qđ ab aliq̄ euentu īponit̄ vt Numidicus Torquatus. Africanus.

¶ Appellatiuum est. quod naturaliter cōmune est multorum quos eadeꝫ substantia siue qualitas siue quantitas generalis et specialꝭ iūgit. Generalꝭ vt Aīal corpꝰ Specialꝭ vt Hō lapis

¶ Species est qua cognoscitur primitiuum a deriuatiuo.

Species nominū duae sunt. Primitia & Deriuatiua. Primitiua vt mons. Deriuatiua vt montanus

¶ Patronymicū ē. qđ a ꝓpis tm̄modo deriuat̄ patrum noib₉ ſm̄ graecaȝ formā. & significat cū gtō primitiui filiū vel nepotem. filiam vel neptem. vt Eacides fili⁹ vel nepos Eaci.

Formant̄ patronymica abusiue a noibus matꝝ. vt Iliades Auoꝝ vt atlantiades Regū vt cecropides Fratꝝ vt phaetontiades Urbiū gentiū & regionū. vt Argolis. troas. thessal̄. & qm̄ vel masculia vl̄ foeminina sunt Masculina in des t̄minata sic formaūt. & sunt p̄me declinatōis

Nomina p̄mi ordinis mutāt extremū e. gti in a. & iūcta syllaba des. reddūt patronymicū vt Pelias peliae peliades aeneae aeneades. Enides em̄ ꝯ r̄gulā ē. Anchises tñ āchisiades bȝ & Laertes laertiades. Cū patronymicū nūq̄ȝ debeat p̄mitiuū genitiuū nisi in vna syllaba superare.

Secundi v̄o ordinis noīa quae in i purā t̄mināt genitiuū sumūt des. vt Priami priamides. Quae i. ij. vertūt vltimū i i a & des capiūt. vt Meneti⁹ menetij menetiades. Quae v̄o i ei. mutāt ei in i longū & sumūt des. vt Tydeus tydei tytides.

Si tertij sunt ordinis a datiuo formantur addita des syllaba. vt Hectori hectorides. Herculi herculides. Scipio tamen q̄ȝq̄ȝ latinum nomen scipiades habet ꝓ scipionides.

¶ Patronymica foeminina ī is. que tertie sunt declinationis fiunt a masculinis ablato de. vt Priamides priamis. aeneades aeneas. Uirgili⁹ tamē aeneis vsurpauit. Sciēdū poetas q̄nq̄ȝ vel addere syllabas patronymicis. vt Atlantiades ꝓ atlātides Peliades ꝓ pelides Uel diminuere vt Deucalides pro deucalionides.

In ne. patronymica foeminina sunt. & formātur a genitiuis addita ne. vt Adrastus adrasti. adrastine. Nere⁹ nerei nerine. ei in i longam. Acrisius acrisij acrisione penultima producta.

¶ Possessiuū ē qđ cū gtō p̄ncipali significat aliquid ex his q̄ possident̄. vt Euandri⁹ ensis. id est Euandri ensis

Eteroclitum nomē est. quod vario modo declinatur. vt hoc Caelum. In plurali. hi Caeli.

Noīm. aliud adiectiuū. aliud substantiuum.

Substātiuū nomen est. cui praeponitur vnū articulare tm̄. vt hic Poeta. Uel duo ad summū. vt hic ꝛ haec Homo.

Adiectiuū nomen est. cui praeponunt̄ tria articularia vl' ꝯiuncta vel diuisa. vt hic ꝛ haec Omnis ꝛ hoc Omne. Est etiaꝫ illud quod variatur per tres diuersas voces. vt Bonꝰ. Bona. Bonum.

Genus ē discretio sexꝰ.

Genera nominū sunt septem. Masculinū vt hic Poeta. Foemininū. vt haec Musa. Neutꝝ. vt hoc Scamnū. Cōmune. vt hic ꝛ haec Homo. Omne. vt hic ꝛ haec ꝛ hoc Foelix. Promiscuū. vt hic Passer. Incertū. vt hic vl' haec Dies.

Articularia masculina singularia sunt. Hic. huius. huic. hunc. ab hoc. Foeminina. Haec. hꝰ. huic. hanc. ab hac. Neutralia vero. Hoc. huiꝰ. huic. hoc. ab hoc. Pluralia masculina Hi. hoꝝ. his. hos. ab his. Foeminina. Hae. haꝝ. his. has. ab his. Neutralia. Haec. hoꝝ. his. haec. ab his.

O. ꝛ heus. aduerbia sunt. ꝛ praeponunt̄ omnibꝰ vocatiuis

Numerus. ē dictōis forma quae discretiōeꝫ quantitatis facere potest.

Numeri nominum duo sunt. Singularis. ꝛ pluralis. Singularis. vt Homo. Pl'alis. vt Homines.

Figura ē. q̄ simplex ꝯgnoscit̄ a ꝯposito vl' decōposito.

Figurae nominū sunt tres. Simplex. vt animus. Cōposita. vt magnanimus. Decōposita. vt magnanimitas.

Casus. est declinatio nominū vl' aliarum casualium dictionum quae fit maxime in fine.

Casus sunt sex. Nominatiuus. qui ꝛ rectus. Genitiuꝰ. qui ꝛ patriꝰ ꝛ possessiuus. Datiuus. qui ꝛ commendatiuus. Accusatiuus. qui ꝛ causatiuus. Uocatiuus. qui ꝛ salutatorius. Ablatiuus. qui ꝛ ꝯparatiuus ꝛ latinus dicit̄.

Obliqui sunt q̄ttuor. Gtūs. Dtūs. Actūs. ꝛ Ablatiuꝰ.

Uocatiuꝰ vero est per se vocandi casus.

¶ Declinatio est inflexio nois.
Sunt autem declinationes nominum quinqꝫ. Prima quae
facit gtm̄ in ae. diphthongū. vt Poeta poetae. Secunda in i.
vt Dn̄s domini. Tertia in is. vt Pater patris. Quarta in vs.
vl' in u. vt Visus visus. et cornu cornu. Quinta in ei. diuisas
syllabas. vt Dies diei. ⁊ res rei.

¶ De verbo.

Verbum. est pars orationis cum temporibus ⁊ modis. sine
casu agendi vel patiendi significatiuum.
Verbo accidunt octo. Genus. Tempus. Modus. Speci-
es. Figura. Coniugatō. Persona cum numero.
Genera verborum sunt quinqꝫ. Actiuū. Passiuum. Neu-
trum. Cōmune. et Deponens.
Verboꝝ. aliud personale. aliud impersonale. Personale ē
illud. quod habet numeros et personas. vt Amo amas amat.
amamus amatis amant. Impersonale vero quod caret nume
ris et personis. vt Miseret.
Verbum actiuum est illud. quod desinit in o. et format passi
uum in or. vt Amo amor. Praeter do. quod caret prima perso
na passiui. nam non dicimus dor
Passiuum verbum est. quod desinit in or. et habet actiuum
in o. vt Legor. lego.
Neutrale verbum est. quod desinit in o. et non habet passi
uū in or. vt Gaudeo.
Neutraliū verboꝝ species sunt quattuor. Neutꝝ puꝝ. vt
Sedeo. Neutꝝ substantiuū. vt Sū. Neutropassiuū. vt Gau-
deo. Neutrūpassiuū. vt Vapulo.
¶ Deponēs verbum est. quod finitur in or. et non habet acti-
uum in o. et tam actionem q̄ꝫ passionez significat. vt Largior
Disce oīa v̄ba appellari accidentalia praet̄ substātia. vt Sū
es ē. Et vocatiua. vt. Vocor. noior. nūcupor. et appellor.
¶ Tpa v̄boꝝ sunt tria. Praesens Praeteritū et Futuꝝ. Seo
praeteritū rursus diuidit̄ in tria. in praeteritū iperfectū. prae-
teritū pfectū et praeteritū plusq̄ꝫ pfectum

Praesens tempus ꝓprie dicit̃. cui⁹ ps preterijt ps futura est. vt docet Priscianus. qđ fallit in v̄bis substãtiuis. ⁊ vocatiuis.

¶ Modus ē diuersa īclīatio aīmi. varios ei⁹ affect⁹ demõstrãs

Modi v̄boꝝ sunt qnqꝫ. Indicatiu⁹. q̇ ⁊ diffinitiuus. Imperatiuus. q̇ ⁊ precatiuus. Optatiuus. q̇ ⁊ desideratiuus. Subiūctiuus. q̇ ⁊ cōiunctiuus. Infinitus. qui ⁊ infinitiuus.

Imperatiuus omnis actiuae vocis format primam personam pluralis numeri a tertia singularis. t. v̄so ī mus. vt Amet amemus. Doceat doceamus. Legat legamus. Audiat audiamus. Tertiam format ab eadem n. interiecto. vt Amet ament Doceat doceant. Secunda pluralis formatur a secūda singularis addita syllaba te. vt amate. docete. legite. audite. Prima pluraľ futuri imperatiui similis est presenti. Secunda fit a secunda singularis addita te. vt Amato. amatote. Doceto. docetote. Tertia fit a tertia praesentis īdicatiui addito o. vt Amāt amāto. Secunda psona pluralis praesentis imperatiui passiuae vocis similis est secūdae indicatiui. vt Amamini. docemini. legimini. audimini. ⁊ mutata ni in nor. fit secūda pluraľ futuri. vt Amamini. amaminor. docemini. doceminor. Tertia fit a tertia actiuae indicatiui addita or. vt Amant amantor.

¶ Species verborum sunt duae. Primitiua vt Amo. Deriuatiua. vt amaturio.

¶ Figurae verborum sunt tres. Simplex vt taceo. Composita vt conticeo. Decomposita. vt conticesco.

¶ Coniugatio est consequens verborum declinatio.

Coniugationes verborum sunt quattuor. Prima quae ī secunda persona praesentis indicatiui modi. habꝫ a aň s. et ris. vt Amo amas. ⁊ Amor amaris. Secunda quae habet e āte s ⁊ ris. vt doceo doces ⁊ doceor doceris. Tertia quae habet i correptū ante s/⁊ e aň ris. vt Lego legis ⁊ legor legeris Quarta quae habet i productum ante s ⁊ ris. vt Audio audis audior audiris.

Verba quae coniugationes non sequuntur appellantur anormala. vt Sum.

¶Personae verborum sunt tres. Prima vt amo. Secūda vt amas. Tertia vt amat. Et similiter in plurali.

¶Numeri sunt duo. Singularis et Pluralis. Sīgularis vt amo. Pluralis vt amamus.

Prima persona singularis ideo carent imperatiui. quia sibypsi imperare non potest. Et primam pluralis ideo habēt. quia alijs potest imperare miscendo seipsum.

Prima persona ideo praeponitur alijs. quia ipsa loquitur et per eam ostenditur secūda ad quā loquitur, et tertia de qua loquitur.

Actiua verba ideo praeponuntur passiuis, quia naturaliter actus praecedit passionem quae non potest esse nisi sit actus.

Volo vis. caret imperatiuo. quia imperatiuus significat necessitatē, et voluntas quā significat volo. debet esse libera.

Ante verbum ideo ponitur nomē. quia cū verbū significet agere et pati. necesse est vt nomē in quo actio vel passio sit prius oñtat

¶De Participio.

Participium est pars orationis quae pro verbo accipitur ex quo deriuatur. et genus et casum habet ad similitudinē nominis. et accidētia a verbo absque discretione personarum et modorum.

Participio accidunt sex. Genus. Casus. Tempus. Significatio. Numerus. et Figura

Genera participiorum sunt quattuor. Masculinū vt amatus. Foemininum vt amata. Neutrum vt amatum. Omne. vt hic et haec et hoc amans.

Casus sunt sex. vt in nomine.

Tempora participiorum tria sunt. Praesens cum imperfecto vt amans. Praeteritum cum plusquamperfecto. vt amatus. Futurum vt amaturus et amandus.

Significationes sunt quinque. Actiua vt amās. Passiua vt amatus. Neutralis vt seruiens. Cōmunis vt largiens. Deponens vt loquens.

Numeri duo sunt Sīgularis vt legēs. Pluralis vt legētes.

Figurae participiorum sunt duae. Simplex vt legens. Decomposita. vt perlegens.

Participiū transit in nomen quattuor modis. Constructō
ne. qñ aliter ꝯstruitur q̄ verbum a quo descendit. vt Amās vir
tutis. Comparatione. vt Doctior id est. magis doctꝰ Cōpositō
ne. vt Indoctꝰ. Tpis amissiōe. qñ nullū significat tēpꝰ. vt Ego
sum amandus. id est. amari dignus.

Participia declinant̄ vt noīa. praet̄ pauca quae descendūt
a verbis quartae coniugatōis in eo. desinentibus. qm̄ mutant
duas primas vocales in eu. vt Iens euntis. Quiēs queuntis.

De pronomine.

Pronomē. est pars oratiōis quae ꝓ nomine ꝓprio vniuscu
iusqꝫ rei accipit̄ ꝑsonasqꝫ finitas recipit.

Pronomini accidūt sex. Species. genus. numerus. figura.
ꝑsona. casus.

Species sunt duae. p̄mitiua. vt ego. deriuatiua. vt meꝰ

Genera sunt q̄nqꝫ. Masculinum. vt hic. Foemininum. vt
haec. Neutꝝ. vt hoc. Cōmune. vt nostras. Omne. vt ego ⁊ tu.

Figurae sunt duae. Simplex. vt is. Cōposita. vt idē. qḋ cō
ponit̄ ex is. et demū. Solū idem idē decōpositae figurae est.

Personae sunt tres. Prima. vt ego. Secunda. vt tu. Ter-
tia. vt ille.

Ideo p̄ma et secūda ꝑsona vnica tm̄ ꝓnoīa hn̄t q2 nō eget
diuersis vocib9. qm̄ semꝑ p̄ntes inter se sunt. et demōstratiue.

Tertia vero ꝑsona ideo habet plura ꝓnomina. quia modo
demonstrat. vt Hic/ mō refert. vt Ipse/ modo praesens est et vi
cina. vt Iste/ modo absens et longe posita. vt Ille. Si em̄ sup
omnes alias partes orationis finit ꝑsonas ꝓnomen/ rectissime
tertiaꝝ q3 ꝑsonaꝝ differētia distiete ꝓfert̄. quae plurimas ha-
bet diuersitates.

Quattuor tm̄ ꝓnoīa hn̄t vtōs casus. Tu. meꝰ. nr̄. et nr̄as.
Et hoc q̄dē gratia possessiōis est actum.

Reliq̄ ꝓnoīa ideo vocatis caruer̄t. q2 dn̄t ee̅ eiusdē ꝑsone ꝑ
oēs casus et p̄ma ꝑsona n̄ pōt seipaz aut tertias vōr c ꝓnominū
Sui. ideo ntm̄ casum nō habuit. q2 cū significet passionē. ꝑ-
sona quae patit̄ nō pōt nisi ꝑ obliquos ostendi. Vel ad differē

tiam. sis verbi.

Pronomina non sumunt articularia in declinatione. sz no stras et vestras non tanq̄ pnomina assumpserunt. sz q2 sequū tur declinatiōez noīm tertiae declinatōis.

Ego et tu. ideo genera habuere confusa. q2 cū demōstratia sint secum genera ostendunt.

Modi declinationis pnoīm sunt quattuor. Prim9 ɔtinet tria pnoīa. Ego tu sui. Secūd9 ɔtinet q̄nqz. Ille. ipe. iste. hic et is. Tertius q̄nqz. Me9. tuus. suus. nr̄. et vester. Quartus duo. nostras et vestras.

Pronomīa pmi et scd̄i mōi sunt pmitīa. Reliq̄ v̄o deriuatīa Ipe ipa ipm. ideo nō facit ipsud in neutrali voce sicut illud et istud. q2 veteres dicebant Ipsus ipsa ipsum.

De praepositione.

Praepositio est parsorationis indeclinabilis quae praeponitur alijs ptibusoratiōis p appositionem. vt Coraz deo. Per ɔpositionem. vt Impius.

Praepositioni accidit casus tm̄. Actūs videlz et Ablatiu9

De aduerbio.

Aduerbiū. ē psorationis īdeclinabilis. quae adiecta verbo significatōez ei9 explanat atqz implet.

Aduerbio accidūt tria. Species. significatio. et figura.

Spēs duae sunt. Primitīa. vt clam. Deriuatīa. vt clanculū

Significatōes sunt multe. vt Qualitatis. Tpis. Similitudinis. Quantitatis et similia.

Figurae sunt tres. Simplex. vt diu. Cōposita. vt interdiu. Decōposita. vt imprudenter.

De interiectione.

Interiectio. est parsorationis indeclinabilis. quae mentis affectū significās interiacet alijs partibusorationis.

Interiectioni accidit significatio tantum.

De Coniunctione.

Coniunctio. est parsorationis indeclinabilis coniunctiua aliarum partiumorationis.

Coniunctioni accidunt tria. Potestas Figura et Ordo.

Potestas est vis que coniungit. approbat. affirmat. continuat. ⁊ similia peragit.

Figurae sunt duae. Simplex vt et. Cōposita vt etem̄.

Ordines coniunctionū sunt tres. Prepositiuus. Suppositiuus. ⁊ Cōmunis.

Haec vobis Camille ⁊ Marcelle ne ī examine qđ factito ineruditi videamini. breuiter fideliterqꝫ collegi. Quare vos velim ediscere optime. quod si ꝯpero. ad alia me vobis auxilia subministranda hortabor. Reliqua autē quae soleo vos rogare: partim in donato partim ī meis regulis didicistis Quae autem de speciebus appellatiuoꝝ ⁊ de possessiuoꝝ diminutiuorūqꝫ colligere potuissem. malo hauriatis ex Prisciano.

Finit Sulpitij verulani examen.

Sulpitij verulani de nominum declinatōe opusculū ꝯpēdiosūꝫ.

Omina per casus paucis variare docebo.
Te quicūqꝫ puer grammata nostra leges.
Nolo in alexandro perdes tua tempora frustra.
Est breuis ille nimis. fuscus ⁊ ille nimis.
Multaqꝫ praeterijt. praeceptaqꝫ multa coegit.
Falsa. sed in multis ingeniosus erat.
Ergo age ne sterilis totiens te ludat arena.
Perlege Sulpitij candida dicta tui.
Nec ꝙ sim paruus duriſqꝫ in montibus ortus.
Spreueris. a nobis cōmoda multa feres.

De nominatiuo prime declinationis.

Rime decliationis noīa. aut ī a. aut ī as. aut ī es. hn̄t singulares nominatiuos In a t̄miata. tā graeca q̄ꝫ latina. tā masculīa q̄ꝫ foeminina q̄ꝫ cōmunia sunt. vt h Poeta. haec Rhoma. h ⁊ haec Aduena In as. ⁊ in es graeca sunt tantuꝫ ⁊ masculina. vt hic Aeneas. hic Anchises.

De genitiuo ⁊ datiuo.

Genitiui ⁊ datiui in ae dyphthongon finiũtur .vt hui⁹ poe
tae huic poetae Veterẽs tñ genitiuũ noĩnũ ĩ a. desnẽtiũ plerũqȝ
ĩ as ẽminauerũt. vt hec familia. hui⁹ familiae ⁊ familias

De accusatiuo vocatiuo ⁊ ablatiuo.

Accusatiui in am desinũt. vt hũc poetã. hanc musaȝ. Voca
tiui ⁊ ablatiui ĩ a. vt o poeta ab hoc poeta. Illa vero greca ĩ
as ⁊ ĩ a. etiã ĩ an. finiũt accusatiuos vt hũc Aeneam ⁊ aenean
hãc aeginam ⁊ aeginan Alia greca ĩ es. accusatiuos ĩ en emit
tunt. vt Anchises anchisen. Vocatiuos aũt ⁊ ablatiuos ĩ e. vt
o Anchise. ab hoc Anchise Interdũ etiã ĩ a. more greco. Vir
gili⁹ in tertio eneidos. Cõiugio anchisa veneris dignate sup-
bo. Idem ⁊ ĩ qnto Tũ sat⁹ Anchisa. Barbara ꝓ̃a ĩ am. ñ va
riant nisi ĩ genitiuo ⁊ datiuo vt hic Adã hui⁹ adae. huic adae
Reliqui casus nominatiuo similes sunt.

De nominatiuis ⁊ vocatiuis pluralibus.

Huius declinationis plurales nominatiui ⁊ vocatiui in ae.
dyphthongon desinunt. vt hi Poetae. o poetae.

De genitiuis.

Genitiui sunt in arum. vt horuȝ Poetaruȝ. nisi in um per
syncopam composita ⁊ deriuatiua nomina ꝓferãtur. vt Gra-
iugenum ⁊ graiugenarum. Dardanidum ⁊ dardanidarum.

De datiuis ⁊ ablatiuis.

Datiui ⁊ ablatiui in is. exeũt. vt his Poetis. ab his poetis
Pauca tñ foeminina ĩ abus hos casus habẽt. vt Deabus. fili
abus. natabus. equabus. mulabus. libertabus. ⁊ vix plura. q̃ȝ
uis antiqui dextrabus. ⁊ eabus dixerint. Et falsum est illud. ꝙ
omnia foeminina quae a masculinis ĩ vs neutro carentib⁹ trãs
formantur in abus hos habeant casus. Nam vt inquit Valla
Diuabus. priuignabus. genitabus. asinabus. iuuencabus. cer
uabus. lupabus. vrsabus. libertinabus. patronabus. concubi
nabus. seruabus. famulabus. dominabus. animabus. non dici-
mus. Et licet aliqui dixerint dominabus ⁊ animab⁹. sed extra
vsum profecto.

De accusatiuis.

Accusatiui in as.emittuntur.vt.hos Poetas.

De recto singulari secundae declinationis.

Ecundae declinationis nominū sex modis terminantur
singulares nominatiui.Aut eñ in vm desinunt.vt Tem
plum.Aut in er.vt caper. Aut in ir.vt vir. Aut in vr.vt satur.
Aut in vs.vt Uirgilius.Aut in eus.diphthongon.graecorum
tm̄.vt Tydeus.orpheus.

De genitiuis.

Genitiui singulares in i.longum desinunt.vt Tēplū tēpli.
Sed in quibusdā sunt pares.in quibusdā vna syllaba abūdāt.
Nam paucarū syllabaꝝ q̄ꝑ nominatiui sint esse non possunt.
vnde in his genitiuis quos poetae minores nominatiuis ꝓfe-
rūt.fit subtractio litterae vltimae per apocopen. vt Peculi ꝓ
peculij.Tuguri pro tugurij.Omnes igitur genitiui huius de-
clinationis vna syllaba rectos supant.vt Uir viri.Satur satu
ri.Tydeus tydei.Exceptis q̄ veniunt a nominatiuis in vs.ꝛ in
vm.qui pares sunt.vt Uirgilius virgilij.Templum templi.Ex
qui formantur a nominatiuis in er.habentibus foemininū i a.
vt Niger nigri.Nigra.Ex his excipimus quae f.vel sp.vel n.
añ er.syllabam habent.vt Miser miseri.Prosper ꝓsperi.Te
ner teneri.Et a fero vel gero composita.vt Armifer armiferi.
Armiger armigeri.Excipitur etiam Puer pueri.Liber libe
ri.quod bacchū ꝛ ingenuū significat. nam in alia significatiōe
libri facit.Adulter adulteri.Socer soceri.Lacer laceri.Iber
iberi penultima ꝓducta.Item ꝛ eius ꝯpositū Celtiber celtibe
ri.Presbyter presbyteri.Mulciber mulciberi et mulciberis.
Dexter dexteri ꝛ dextri.Asper asperi ꝛ aspri.qñ est ꝓpriū.

De datiuis ꝛ ablatiuis

Datiui ꝛ ablatiui in o.formantur a genitiuis.vt Sulpitij
sulpitio.Templi tēplo.Tydei tydeo.Graeca aūt illa ī eus ge-
nitiuos in ei.vel eos ꝛ in eos.more attico etiā hñt.ꝛ datōs in i.
vt Orpheꝰ.hꝰ Orphei vl' orpheo.vl' orpheos.huic orphi.Uir
giliꝰ ī bucol'.Orphi caliopea lino formosus apollo.Et ī sexto

aeneidos. In foribus letum androgeo.

De accusatiuo et vocatiuo.

Accusatiuus omnis huius declinationis est in vm. vt Hoc Templum. hic Tydeus. hūc tydeum. Sed ista in eus diphthōgum graeca emittūt hunc casum etiam in a. et vocatiuum i eu vt hunc Tydeum et tydea. o tydeu Vocatiuus desinentium i er. et in vm. similis est nominatiuo. vt hic Magister. o magister. Et hoc Templum. o templum. haec Glycerium. o glycerium. Ideoque animaduertēdū. o Euandre. o Thymbre. o Teucre o Puere et his similia. non esse a nominatiuis in er. sed a rectis i vs. vt Euandrus. Thymbrus. Teucrus Puerus. vt antiqui dicebant. Nomina propria in vs. terminata. et i. ante vs. habentia. vtm̄ in i. remoto vs. minorem nominatiuo vna syllaba finiunt. vt Virgilius. virgili Pōpeius. o pōpei. Caius. o cai. Vetustissimi tamē dicebant. o virgilie. pōpeie. caie. Caetera in vs conuerso vs in e. faciunt vocatiuū. vt Priamus o priame. Dicimus tū o deus. o lucus. o fili et o filie. o populus et o popule. o fluuius et o fluuie. o agnus et o agne. o vulgus et o vulge. o chorus et o chore. o pelagus et o pelage. Quae sic plurimū metri causa ptulere autores. At ne aliqū ambiguā dictis meis fidē adhibeas charissime lector. volo te scire haec omnia ex illustribus me collegisse autoribus. quorum non posui verba. ne crebra interpellatio fastidiū generaret. et ne ingenium puerile profusitate cōfunderē.

De ntō et vtō pl'alibus.

Nti pl'ales et vti huius declinationis in i. longū desinūt. vt hi Magistri. o magistri. Sed neutra nomina habent nominatiuos accusatiuos et vocatiuos in a. vt haec Templa. haec templa. o templa

De genitiuo.

Genitiui in orum terminantur. vt horum Templorum. horum dn̄orum. Proferunt etiā in vm. ab autoribus gti masculini neutro carentes. siue per syncopam siue quod in vm. naturaliter exeant. vt Deum et deorum. Numum et numorum. Millenummū tamen et Milledenariū. non millenummorū et milledenariorum. Triumuirum sed non triumuirorum. vt Varro docet

De datiuis ⁊ ablatiuis.

Datiui ⁊ ablatiui in is pferuntur. vt his Templis. ab his templis. Sed ludoꝝ ⁊ festoꝝ nomina illa semper pluralia tam in vm. q̄z in orum genitiuos emittunt. Datiuos autem ⁊ ablatiuos in ibus. vt hoꝝ Saturnaliū ⁊ saturnalioꝝ. his saturnalibus. ab his saturnalibus. hoꝝ Uulcanaliū ⁊ vulcanalioꝝ. his vulcanalibus. ab his vulcanalibus.

De accusatiuis.

Accusatiui in os. exeūt. vt hos Dominos. has Platanos.

De tertia declinatione.

Ertie declinationis singulares nominatiui varie terminanť. Desinunt em̄ in a. vt hoc poema. In e. vt hoc cubile. In i. nullū est nomen. nisi illa monoptota neutri generis Gummi. Sinapi. Frugi. Nihili. Mancipi. Nauci. Huiusmodi. ⁊ similia. In o. vt hic leo. In al. vt hoc animal. In el. vt h̄ mel. In il. vt hic ⁊ hec vigil. In ol. vt hic sol. In ul vt hic cōsul. In an. vt hic titan. In en. vt hoc nomen. In in. vt hic delphin. Nā q̄z dicimus etiā hic delphin delphini. In on. vt hec sidon sidonis In ar. vt hoc calcar. In er. vt hic vomer. In ir. vt hoc gadir. In or. vt hic orator. In ur. vt hic turtur. In as. vt hic mecenas. In es. vt hic pes. In is. vt hic collis. In os. vt hic flos. In us. vt hoc tempus. In aes. diphthongon. vt hic praes. In aus q̄z. vt laus. In ans. vt amans. In ens. vt mens In ins. vt tyrins. In ons. vt mons. In vns. vt aruns In ars vt pars. In ers. vt iners. In ors. vt mors. In vrs. vt tyburs. In uls. vt puls. In abs. vt trabs. In ebs. vt plebs. In ybs. vt calybs. In obs. vt scobs In urbs. vt vrbs. In aps. vt daps q̄zuis in vsu non sit. In eps. vt adeps. In ops. vt inops. In yps. vt cinyps. In irps. vt stirps. In ms. vt hiems. In ax. vt fax. In ex. vt fex. In ix. vt nix In ox. vt nox In ux. vt nux In aux. vt faux In alx. vt falx. In anx. vt lāx In unx. vt cōiūx In arx. vt arx In ac. vt lac In ec. vt allec In id. vt h̄ dauid In ud vt bogud. In ut. vt caput. Sȝ aliq̄ ťminatiōes ex his ĩtdū pducte. ĩtdū corrupte ĩueniūť. q̄s q̄dē cū de gtō tractabiť cog̃sces.

De genitiuo.

Genitiui eius in is correptum desinunt. excepto huius vis. quod ꝓducit. In a rectum finientia. addita tis syllaba faciūt gtm̃. vt Poema poematis. Schema schematis In e correptū terminata e in is vertunt. vt Monile monilis. Caepe indecli/nabile est. Dicimus etiam haec Caepa caepae. In e ꝓductuz graeca sunt. 7 ꝓpriā seruāt declinationē. vt haec Penelope. pe nelopes. 7 Rhetorice rhetorices. In o si foeminina sunt. 7 g vel d ante o hn̄t o in i breuem vertunt. et accepto nis formant gtm̃. vt Virgo virginis. Dulcedo dulcedinis. Cōpago tn̄ cōpa gis. Dido didonis facit. 7 didos vł didus. Calisto etiā calistoīs 7 calistos vł calist⁹ 7 alia hmōi. Caetera vō quaecūq; seruant o longum. vt Juno iunonis Caupo cauponis. preť haec Car do cardinis. Ordo ordinis. Homo hominis. Vetusti tamē ho monis dixerunt. Nemo neminis. Turbo turbinis qn̄ ē appel latiuū. Appollo appollinis. ħ Cupido cupidis. Margo mar/ginis. Brito britonis. popul⁹. Caro carnis format. Anio flu/uius anienis facit. Lac lactis. Allec allecis. Boguo boguois Dauid dauidis. Caput capitis. Et sic ei⁹ ꝯposita Sinciput sin cipitis. Occiput occipitis. Nepet oppidi nomen indeclinabi/le ē. In al desinentia si neutra sunt formant gtm̃ in alis longū vt hoc animal animalis. Sin masculina hn̄t illō a breue. vt hā nibal hannibał. ħ Sal salis. In el addita lis. formant gtm̃. vt Mel mellis. In il. in ol. 7 in vl. sumūt is. vt Vigil vigił. Sol soł. cōsul cōsuł Nihil nomē īdeclinabile ē. sic 7 Nequaz. In an termīata a lōgū ꝓuāt. 7 formāt gtm̃ addita is. vt Titan ti/tanis. Pan panis. Graeci tn̄ hn̄t hoꝝ noīnuz genitiuos in os vt Pan panos. Titan titanos. In en correptū. mutant e in i. etiā breue. 7 assūpta is faciūt gtm̃. vt ħ flamē flaminis. ħ Nu/mē numinis. In en ꝓductū accipiūt is. vt Lien lienis. ren re/nis. rien rienis. syren syrenis. splen splenis. In in assumūt is. penultīa ꝓducta. vt Phorcyn phorcynis. delphin delphīs In on. assūpta is. gtm̃ ꝯfuse emittūt. vt Simon simoīs. mēnon mē nonis. Nonnulla tn̄ accipiunt tis. sicut Lacoon lacoontis. 7

Demophoon demophoontis In ar. accipiũt is. vt Caesar cae
saris. Nectar. nectaris. par. paris. penultia correpta. Sz far.
farris facit. ad differẽtiã ꝯbi faris. Et nar. naris. ꝓducit a. Sz
neut̃ si deriuatiua sunt ꝓducunt a. i obliquis casibꝫ. vt a lupa
lupanar. lupanaris. A calce. calcar. calcaris. Epar autez epa
tis facit. In er. finita. sumũt. is. ꝛ genitiuuz penultia correpta
reddũt. vt Carcer. carceris. Mulieris aũt ꝓtrahit. Statius
Si q̃ deũ soboles si q̃ est mľieris origo. Uer. veris. ꝓducit Ad
iectiua tñ in cer, quae foemininũ in. is hñt. vertũt cer. in. cris.
vt Alacer. alacris. Ueteres tñ alacris i masculino etiã ꝓtule
rũt. Terentiꝰ. Quid tu es alacris. Sz celeber. celebris facit.
ꝛ saluber. salubris Imber. imbris emittit. Sic et eiꝰ ꝯposita se
ptẽber. septẽbris. octob̃. octobris. nouẽbris decẽbris. Mulci
ber ꝟo mulciberis. vt supꝛꝰ diximꝰ. Illa q̃dez quae in. ter. hñt
rectos. vertũt. ter. in. tris. vt Frat̃. fratris. Aether tñ aetheris
dicimꝰ. Later. lateris. Iter. itineris. correpta penultia. Crat̃
aũt crateris. Stater. stateris. et Panther pantheris. ꝓducta
Quidã hñ addi volũt character characteris. Iupit̃ iouis facit
Lz ãtiq̃ iupitris ꝛ iupiteris dixer̃t. ꝛ iouis i nt̃io. Accipit̃ acci
pitris. et accipiteris ꝓferebãt veteres. Sic et opiter. maspiter
diespiter. In ir. sumũt. is. ꝛ penultimã. corripiũt. vt Gadir ga
diris. Ir iris. vt Carisius declinauit. In or. si masculina aut
foeina aut cõmunia sunt. addita. is. ꝛ ꝓducto. o. formãt gt̃m. vt
Hic orator. oratoris. Haec soror sororis. Hic et haec autor.
autoris. Memoris tñ corripit. o. Sic rhetoris. arboris. bi
corpis. tricorpis. roboris. Indecoris ꝛ si ꝓduci debeat corripit̃
tñ. Sic ꝛ illa vetusta marciporis. publiporis. Sic ꝛ ꝓpa graeca
vt hectoris. actoris. Neut̃ q̃z. o. breue fuãt. vt marmor. mar
moris. Cor aũt cordis facit. In. ur. oĩa sumpto. is. ꝛ correpto
u. gignũt gtõs. vt vult̃ vulturis. Fulgur fulguris. Furis tñ ꝓ
ducit̃. Robur ꝟo roboris. Ebur eboris. Femur femoris. Ie
cur iecoris ꝛ iocinoris corripiũt. o. lr̃az. In. as. latia ablata. s
ꝛ addita syllaba tis. reddũt gtõs. vt moecenas moecenatis. ar
pinas arpinatis. Excipimꝰ haec monosyllaba. Hic as assis. h̃
vas vasis. qd̃ i pľali est scd̃ae declinatõis. Hic vas vadis. Hic

mas maris. Hoc phas 7 nephas indeclinabilia sunt. Sic h 7 haec 7 h nugas. Graeca aut h⁹ tminatōis hnt apud illos i. dos vł i tos. gtm̄. quē v̄tūt apud nos i tis. vł i dis. vt Calchas cal chātos. calchātis. Gigas gigātos. gigātis. Diamas diaman tos. diamātis. Adamas adamātos. adamātis. Palas ꝓp̄u viri palātos. palātis. Pallas dea pallados. palladis. Lāpas lāpa dos. lāpadis. Archas archados. archadis. Menas menados menadis. In es. correptū latia quae masculini vł cōis generis sunt remoto. s. et mutato. e. i. i. breue. 7 addita. tis. faciūt gtm̄ vt Hic stipes stipitis. Hic et haec miles militis. Excipiūt illa quae. e. diphthōgō hnt i penultia. et quae a v̄bis deriuāt. quae e. ꝑuāt breue. vt Hic 7 haec praepes praepetis. Hic 7 haec te res. teretis. Hic 7 haec hebes hebetis. Sic declinant. i. añ. e. hūtia q̄uis lōgū. s. hēant. vt Aries arietis. Paries parietis. Tn̄ h 7 haec inq̄es ꝓducit gtm̄ inq̄etis. Foeina q̄z. e. breue ꝑ uāt. vt Seges segetis. Sz pes 7 cōposita ab eo q̄uis ꝓducāt alq̄n. es. formāt i edis. gtm̄ correpto. e. vt cōpes ꝯpedis. tripes tripedis. Apes vo apis hz. A sedeo aūt deriuata in. idis. cor reptū emittūt. vt obses obsidis. deses desidis. Sedes aūt sedis hz. In. es. lōgū sine graeca siue latia sint. mutata. es. i. is. red dunt gtōs. vt Cedes cedis. Achilles achillis. et achilli. Antiq̄ eīn hmōi graecoꝝ nominū gtōs etiā i. i. t̄minauert. Virgili⁹. At q̄ immitis achilli. Nūc acris oronti. Chremes aūt chremis et chremetis. Etiā laches lachis 7 lachetis 7 lachitis. Rham nes rhāmis 7 rhānetis. Sic 7 mlta graecoꝝ variāt. Ceres tm̄ cereris facit. Merces mercedis. Haeres. haeredis. Locu ples locupletis. Q̄ues q̄etis. q̄d olim quite fuit declinatōnis. Agnes agnetis. magnes magnetis. In. is lōgū desinētia latia ablata s. et addita tis. pariūt gtm̄. vt haec Lis litis. h et haec dis ditis. glis glitis. Excipit glis gliris. 7 glis glissis. Illa q̄z tam in er. q̄ i is. finīt i nomia regl'az ꝑuāt i er. tminatoꝝ. vt h Puluis 7 puluer. pulueris. h Cucuis 7 cucumer. cucūeris. h Cinis 7 cinez. cineris. h Vois 7 vomer. vomeris. h 7 haec pu bis et puber. puberis. Et pubis dicit 7 pubes genē foeminino

⁊ significat multitudinē. Caetera in is. correptū. similē habent genitiuū nominatiuo. vt hic. Collis. huius collis. Excipit̄ hic Lapis. h⁹ lapidis. poll' pollinis. cuspis cuspidis ⁊ ei⁹ ꝯposita vt ēcuspis tricuspidis. semis semissis. pondo⁹. naꝫ ꝓ dimidio nō declinatur. Cassis cassidis. Hic sanguis sanguinis. hic ⁊ haec exanguis. hui⁹ exanguis facit. nec ꝑmitiuū imitatur. haec Capis capidis. h̄ ⁊ haec potis ⁊ h̄ pote. h⁹ potis hꝫ. Ex q̄ ꝯponit̄ Potenolo poteuis poteuult. ⁊ potissuꝫ potises potisest. Graeca in is. si in gtō graeco ꝯsonantē habuerint an̄ os. illud o in i mutant. ⁊ gtm̄ latinū faciūt. vt Simois simoentos simoentis. qd̄ e an̄ n suscipit. Adonis adoidos adonidis. Doris doridos doridis. Similit̄ pronymica vt Aeneis aeneidos aeneidis. Praeterea Egis egidis. Jaspis iaspidis. Chlamis chlamidis. Sardis sardinis. lapillus. Aspis aspidis. Ibis ibidis. Isis isidis. Paris paridis ⁊ paris. Tigris tigridis ⁊ tigris Tybris tybridis ⁊ tybris Thetis thetidis ⁊ thetis. mater Achill' Thetys thetyos ⁊ thetys. vxor oceani. In os masculina perdunt s. ⁊ sumūt ris. vt mos moris. Nepos tamen nepotis facit. qd̄ oliꝫ ꝯmunis fuit generis. Caetera in os i otis hn̄t gtm̄ ꝓducto o. vt haec Cos cotis. h̄ ⁊ haec Sacerdos sacerdotis. Bos tn̄ bouis hꝫ. Os ossis. os oris. Custos custodis. Arbos. honos. lebos. lepos. odos. qm̄ ⁊ i or terminant̄ supra dociim⁹ q̄s hn̄t genitiuos. Graeca q̄ de i os. gtm̄ graecū sequunt̄ os finali in is. cōuerso. vt Heros heroos herois. Minos minoos minois. Athos aūt athonis. Cicero decliauit. In vs curtū. si neutra sunt. deponūt us ⁊ oris corripiūt. vt Corp⁹ corporis. Illa tamē in dus. lus. ⁊ nus. eris corripiūt. vt Pondus ponderis. Vellus velleris. munus muneris. Sed facinus facinoris hꝫ. Pignus pignoris et pigneris. ut vult Priscianus. Foenus foenoris ⁊ foeneris. penus penoris. olim peniris ⁊ peniteris. Quae autē verba in ero. desinentia habent. in eris correptum faciūt genitiuos. vt Ulcus vlceris. vlcero vlceras. Ol⁹ oleris. olero oleras Tempus vero temporis facit Hoc pecus pecoris Haec pecus pecudis Hic intercus intercutis producit v Haec acus aceris

Hic lepus leporis. Cōparatiua q̄dem perdunt us ꝛ oris ꝓdu cunt. vt Fortius fortioris. Melius melioris. In us ꝓductaȝ remoto s. tis sumūt. ꝛ seruant u longum. vt Salꝰ salutis. Tel lus vero telluris habet. Incus incudis. Palus paludis. Et monosyllaba deposito s. uris ꝓducūt. vt mus muris. Sȝ grus gruis facit. ꝛ Sus suis. In aes dyphthongon duo latina īue niunť. Hoc aes aeris. Hic praes praedis. In aus foeminina sunt ꝛ in dis gtm̄ habent. vt Fraus fraudis. Laus laudis. In bs. ms. ps. desinentia formant gtm̄ interposito. i. vt Urbs ur- bis. Hyems hyemis Inops inopis. Sed si ante bs vel ps e. habuerint. ꝛ non sunt monosyllaba. illud e in i v̄tunt. vt Cae- lebs caelibis. Princeps principis Auceps aucupis facit Et a capite ꝯposita. remouent s ꝛ e in i mutāt ꝛ sumunt itis. vt An ceps ancipitis. Biceps bicipitis. Triceps tricipitis. Antiqui tn̄ ancipes. bicipes. tricipes dixerunt. In ls. ns. rs. desinentia ablata s. ꝛ sumpta tis. emittunt gtm̄. vt Puls pultis. Mons montis. Pars partis. Frons autem licet nō sit in usu. frondis facit. cum folia arboꝝ significat. Naȝ frons frontis. capitis est pars. Lens lendis. animal Lens lentis legumen Et glās glā dis facit Excipiunť qȝ Iens. rediēs. praeteriens. ꝛ caetera ab eo is deducta. q̄m in euntis t̄mināt gtm̄. vt Iens eūtis. Prae teriens praetereuntis. Ambiens v̄o ambientis hȝ Et librapēs librapendis. Quincuns quincuncis. Et sic r̄liqua ab uncia de clinanť. Aruns aūt aruncis facit. Uecors ꝛ cuȝ corde ꝯposita primitiuum sequuntur. In x. si a verbis in go. deducantur. ab lata x. ꝛ addita gis. faciūt gtm̄. vt Grex gregis. grego gregas Lex legis. lego legis. Remex tamen remigis. e in i mutat. Cō iunx vero coniugis dicimus. remota n. littera. quam in plura- li ꝛ in omnibus obliquis perdit. Frux quo non utimur frugis habet. Caetera omnia latina perdūt x. ꝛ cis capiūt. vt Fallax fallacis. Nex necis. fex fecis. Sed si e. an̄ x. habeant neqȝ sint monosyllaba. nec ab illis ꝯposita. mutāt e ī i. correptū. ꝑ obli- q̄s casꝰ. vt Apex apicis. vertex verticis. Silr̄ masculina corri- piūt penultimā. vt Fornix fornicis. Reliqua in x. penultimaȝ

producũt. vt Foelix foelicis. Pharnax pharnacis. Phoenix phoenicis. Excipiũ⁹ grex gregis. crux crucis. fax facis. nux nucis. pix picis. dux ducis. trux trucis. ziunx ziugis. salix salicis. filix filicis. pellex pellicis. nix niuis. senex senis Nox aũt noctis bz. Pernox pnoctis Spinx spingis ꝛ spingos. Supellex supellectilis.

De datiuis.

Dtĩ h⁹ declinatõis ĩ i. pductũ. a gtĩs remoto s. deducuntur vt H⁹ patris. huic patri Sz si a grecis descẽdãt. aliqñ corripiũtur. vt Stati⁹ ĩ Achille. Palladi litoree. celebrabat scyr⁹ honor.

De accusatiuo singulari.

Accusatiui a dtĩs i. mutato ĩ em. formanť. vt Pr̃i. pr̃ẽz. Sz quaedã ĩ im. faciũt. ꝛ graeca sunt fere ꝛ ĩ is terminata. vt Charybdis. carybdim. Syrtis syrtim. Tethys tethyos. thethym Neapolis. neapolim. et alia hmõi. At ista in em et in im. Turris turrẽ. et turrim. Torquis torquẽ ꝛ torquim. Buris burẽ ꝛ burim. Securis securẽ ꝛ securim. Bipennis bipẽnẽ ꝛ bipennim Puppis puppẽ ꝛ puppim Restis restẽ ꝛ restim Peluis peluem ꝛ peluim. Febris febrẽ ꝛ febrim. Uis vim tm̃. Tybris tybrim. et Tyberis tyberim. Sitis sitim. Tussis tussim. Maguderis maguderim Reliq accusatĩ graeci h⁹ decliatõis frequẽter in a. etiã terminanť. vt Lãpas lãpadem et lãpada. Etherẽ ꝛ ethera. Aerẽ et aera. Thorax thoracẽ et thoraca. Syrẽ syrenẽ et syrena. hic Delphin hũc delphina tm̃mõ. Nõnulla in on. hñt hũc casum. vt Dido didon. et in o etiã. vt dido ꝛ alecto. Uirgili⁹. Luctificam alecto. Neutri aũt generis nõia actm̃ ꝛ vtm̃ similẽ ntõ hñt. vt h̃ Corp⁹. h̃ corp⁹. o corpus.

De vocatiuis.

Uocatiui similes sunt ntĩs. vt h̃ Pr̃. o. pr̃. Inueniunť tñ graeca quae vtm̃ seruãt graecũ. vt h̃ Pallas. o palla. haec Tebais o tebai. hic Chremes. o chreme. o Achille. o Lache.

De ablatiuis.

Ablati aut ĩ e. aut ĩ i. aut ĩ e. et ĩ i finiunť. Neutra ĩ e. tminata. abltm̃ ĩ i. faciũt. vt h̃ Mare. ab h̃ mari. h̃ Monile. ab hoc monili. Antiq aũt ab h̃ mare. monile. cubile. dicebãt. sic et re-

cētiores. Sʒ ista neutꝛ̄ ñ i i. ſʒ i e. hūc casuʒ emittūt. Rete. gau- sape. praesepe. soracte. p̄neste. celene. In al. q̄ʒ et i ar exeūtia. i̇ i. t̄minãt. vt Ceruical ceruicali. Calcar calcari Dicim⁹ tm̄ Sa le. lare. par pare et pari. Itē masculīa et cōmunia vł i er. vł i is. desinētia. si faciūt i e. neutꝛ. ablatm̄ i i. effert. vt hic Pedester haec pedestris. et h̄ pedestre. ab h̄ pedestri. Salubri. celeri. h̄ et haec Oīs et h̄ oē. ab h̄ et ab hac et ab h̄ omni. h̄ et haec vtilis et h̄ vtile. Ab h̄ ⁊ ab hac ⁊ ab h̄ vtili. Regalis. regali. Mar- cialis. marciali. qñ est adiectm̄. Nā p̄pa noīa appellatiuis simi lia. ablatm̄ hn̄t in e. vt Hic Iuuenalis. ab h̄ Iuuenale. Hic Martialis. ab h̄ Martiale. Illa etiam quae actm̄ in im. hn̄t ablatm̄ in i. finiūt. vt Tussim tussi. Sitim siti. Neapolim nea- poli. Quae ŏo in em. ⁊ in im. in e. ⁊ in i. terminãt. vt Puppe ⁊ puppi. Reste ⁊ resti. Bipennis aūt bipēne tm̄. In is. ⁊ in er. mensiū nomina terminãt hūc casuʒ in i. vt Aprilis aprili. Se- ptember septembri. Imber q̄deʒ imbre ⁊ imbri format. In er cuiuscūqʒ generis noīa nec in is terminata. ablatm̄ in e. solum emittunt. vt Pauper paupere. Vber vbere. Degener degene- re. Sed terminata i uis. vt auis. In guis. vt anguis. In gnis. vt ignis. In ctis. vt vectis. In mnis. vt amnis. Et oīs generis noīa. Et cōparatiua oīa. Et v̄balia in x. Et gentilia in as. abla tm̄ in i. ⁊ i e faciūt. vt Aui ⁊ aue. Angui ⁊ angue. Igni ⁊ igne Vecti ⁊ vecte. Amni et amne. Amanti et amante. Fortiori et fortiore. Victrici et victrice. Arpinati et arpinate. Rudis ta- men adiectiuū rudi. solūmodo hʒ. qñ ŏo est substantiuum rude. Sospes q̄dem et hospes. sospite et hospite. Postis poste et po sti. Strigilis strigili tm̄. Pugil pugili et pugile. Vigil vigili et vigile. Reliqua oīa tertiae declinationis in e. finiūt ablatiuuʒ vt Clades clade. Classis classe. Nisi sua licentia versus causa verterint poetae. Virgili⁹. Aduectū eneam classi. Quāq̄ da- tiuum esse multi velint.

De nominatiuis actis et vtis pł'alib⁊.

Nominatiuus accusatiuus et vocatiu⁹ plurales tertiae de- clinationis finiuntur in es. vt Hi patres. hos prēs. o patres.

Sed illa quae in is terminantur & finiũt gtm̃ plurale in ium. emittũt accusatiuũ in es. & in is. vt Hos & has omnes & omnis Hos ignes & ignis. Pauca quidẽ hñt ntm̃ & accusatiuũ in is. vt Hae sardis Has sardis. Itez alpis. syrtis. trallis. Neutra ꝟo noĩa hos casus in a. purã terminãt. vt Haec corpora. haec corpora. o corpora Illa aũt neutra quae ĩ i. vel in e & in i. fini unt ablatiuũ. formãt hos casus ab ipsis ablatiuis in i. addita a. vt Pare vł pari paria. Foelice vł foelici foelicia. Excipiun tur ista quae nõ seruant i. ante a. vt Ludicra. vetera. aplustra. Vez aplustria q̃z legim⁹. Pleraq̃z aũt graeca hñt accusatiuũ in as breuẽ. vt Pliadas. biadas. lãpadas. colchidas.

De genitiuo plurali.

Genitiu⁹ pluralł fit a singulari ablatiuo. Et aut in vm. aut in ium terminatᷣ. aut in iũ & in um. siue natura siue ꝑ syncopaz Illa ḡ quae ablatiuũz ĩ i. aut ĩ i & ĩ e. hñt. suscipiũt vm. & faci-ũt gtm̃. vt Ab hͦ cubili cubiliũ. Ab hͦ animali animaliũ. A foe lice et foelici foeliciũ. A sapiẽte & sapiẽti sapientiũ. Multa tñ ex his quae tñ. in i. solũ finiũt ablatiuũ tñ. in i. & ĩ e. ꝑ syncopã ꝓferuntᷣ. vt Sapientũ ꝑ sapientiũ. Moerentũ ꝑ moerentiũ. Sz ꝯparatiua in vm. tm̃ emittuntᷣ. vt Hoꝝ & haꝝ & hoꝝ forti oꝝ maioꝝ. Similiter dicim⁹ Vetus veteꝝ Vigil vigilũ. Pu-gil pugilũ. Memor memoꝝ. Cõplicũ. Supplicũ. Artificum. Quae in duas desinũt ꝯsonãtes. & ablatiuũ in e. faciũt. e. ĩ iũ vertunt. vt Mars martiũ. Fons fontiũ. Frons frontiũ. Vrbs vrbiũ. Ars artiũ. Cohors cohortiũ. Consors cõsortiũ. Praetᷣ in. ms. & ps. desinentia. vt hyems hyemũ. Princeps principum Ex his tñ excipim⁹ ꝯposita a capite quae finiũt gtm̃ in ium. vt Tricipiciũ. Bicipiciũ. nisi ꝑ syncopã succidantᷣ. Illa q̃z quae in gtõ singulari pares hñt syllabas in iũ emittuntᷣ. vt collis col liũ. caro carniũ. apes apiũ. Iuuenalis in q̃nto. Exameñq̃z apiũ longa ꝯsederit vna. Cedes cediũ. Sz similia in es frequentius in vm. terminantᷣ. vt Vatũ & vatiũ. Sedũ & sediũ. Iuuenis au tem iuuenũ facit. Canis canũ. Panis panũ. Indoles indoluz Frugũ. Sobolũ. Haeresum. Itẽ in as latina in iũ. exeunt. vt

Arpinas arpinatium. Ciuitas ciuitatũ. Probitas ꝓbitatũ. Proferunt ĺo ista etiã in vm. siue natura vel poti⁹ p syncopaȝ vt Ciuitatum. ꝓbitatũ. Similiter nõia tm̃ pluraliter declinata ⁊ in es terminata. in iũ faciũt. vt Vires viriũ. Penates penatiũ Tres triũ Opes opũ poti⁹ qȝ opiuȝ. Proceres ꝓceꝝ In is longũ desinentia ⁊ crescẽtia in gtõ etiã in iũ. hũc casum hñt vt Lis litiũ Sannis sannitiũ. Nox quoq̃ noctiũ facit. Nix niuiũ. Supellex supellectiliũ Cor cordiũ. Plus pluriũ Fel fellium Allec alleciũ A melle melliũ non inuenitur. Nec a lacte lactiũ. nisi a lactibus. quod numero plurali tm̃modo declinat. Caetera omnia terminãt gtm̃ pluralem in um. vt Consul ꝯsulum. Virtus virtutum. Caput capitum Pater patrũ. Ales autem habet alitum ⁊ alituũ. Sed figurate ĩquit Seruius Bos boum per syncopam. ⁊ datiuum ⁊ ablatiuum bobus. Composita vero simplicium regulam plerumq; sequuntur. vt Vaecordium ⁊ inopium.

De datiuo ⁊ ablatiuo.

Datiu⁹ ⁊ ablatiu⁹ plurales a singulari gtõ nascunt. ĩteriecta bu. vt h⁹ patris. his patrib⁹ ab his patrib⁹. Sȝ neutra ĩ a finita. hñt hos casus ĩ is. vt Hoc toreuma. his toreumatis. ab his toreumatis. Hoc poema. his poematis. ab his poematis. Faciunt etiam in bus. Prisciano teste.

De recto singulari quartae declinationis.

Quarta declinatio duas hȝ in ntõ terminationes. vs ⁊ u. vt h Visus. ⁊ Hoc cornu. Sȝ in u. termĩata neutra sunt ⁊ oẽs singulares casus ĩ u. finiũt. In vs. aũt masculia aut foeminina sunt.

De genitiuo.

Genitiuus ergo in vs. terminatorum erit in vs. productuȝ vt Hic visus. Huius visus. Vetustissimi tamẽ in uis. syllabas terminabant. et datiuum in u. vt Hic senatus Huius senatuis. Huic senatu. Hic metus. Hui⁹ metuis. Huic metu. Huius rei Aulus gellius est approbatus assertor.

De datiuo. accusatiuo. vocatiuo. et ablatiuo.

Datiuus nunc terminatur in vi.vt Hunc visui.
Accusatiu⁹ in vm.vt Hunc visum.
Vocatiu⁹ est simil' ntō.vt O visus.
Ablatiu⁹ in v.finit̄.vt Ab h̄ visu.

De ntō actō ⁊ vtō pl'alib⁹.

Nominatiuus accusatiuus ⁊ vocatiu⁹ pl'ales in vs.exeūt. vt Hi.hos ⁊ o visus. Vez neutra illa in u.terminata bos ca sus a nominatiuo formāt.addita a .vt Haec cornua.haec cor nua.o cornua.

De genitiuo.

Genitiuus in uum finitur.vt Horum visuum.

De datiuo ⁊ ablatiuo.

Datiuus ⁊ ablatiuus in ibus.vt His visibus. Aliq̄ tn̄ diffe rentiae causa accipiūt u.añ bus.vt Hi artus . His ⁊ ab his ar tubus.arcubus.partubus.ad differentiā hoz noīuz.ars.arx pars. Inueniunt̄ tn̄ aliqua nulla differentia impellente u.an te bus.seruare.vt Lacubus.tribubus.Similit̄ portubus.acu bus.quercubus.specubus.q̄ q̄ ⁊ specibus.Et qm̄ dom⁹ ē par tim quartae.partim secundae declinationis.ne in eius variatio ne quis decipi possit . per singulos casus declinare voluimus . Haec domus.h⁹ domus ⁊ domi.huic domui.hanc domū.o do mus.ab hac domo. In plurali. Hae domus.haz domoz ⁊ do muū.his domibus.has domos.o domus.ab his domibus .

De recto singulari q̄ntae decliationis.

clinatōem reperiri testat̄. Ausim ausis ausit.In pl'ali.ausint.
Cedo secūdae psonae.hoc est dic.Impatiuo.cedite.Faxo fa-
xis faxit.In pl'ali.faxunt.Futuro optatī faxint.Aio ais ait.
In pl'ali.aiunt.Praeterito ipfecto.aiebaz aiebas aiebat.In
pl'ali.aiebamꝰ aiebatis aiebāt.Salustiꝰ Merito necatos aie
bant.Praeterito pfecto.ait.Impatiuo.ai.In pl'ali.aiamus.
Futuro optatī aiat.In pl'ali.aiatis aiāt.Impatiuo.aue.In
pl'ali.auete.Futuro.aueto.In pl'ali.auetote.Infinitiō.aue-
re.Sic salue ꝛ vale declinant̄.Ouat ꝛ ouiunt.sole voces sunt.
Ouat vo ouās participiū hz.Diescit.lucescit.noctescit.vespe-
rascit.p t'tias psonas variant̄.Et in praeteritis pfectis ꝛ quae
ab his formant̄ deficiūt.Memini meministi.meminit.In pl'a
li.meminimꝰ meministis meminerūt vl' meminere.Voces sunt
cōmunes praesenti ꝛ praeterito impfecto ꝛ pfecto modi indica
tiui. Praeterito plusq̄pfecto.meminerā memineras memine
rat.In pl'ali.mus.tis.rāt.Futuro ipatiui.memēto.In pl'ali
memētote.Praeterito pfecto ꝛ plusq̄pfecto optatiui.vtinam
meminissem.isses.isset.vtinā.meminissemꝰ.setis.sent.Praete
rito pfecto subiūcti.cū.meminerim.ris.rit.Cū.meminerimus
tis.rint.Praeterito plusq̄perfecto.cū.meminissem.p oēs pso
nas vtriusqꝫ numeri.Futuro cū.meminero.ris rit.Cū.memi
nerimus.tis.rint.Praeterito pfecto ꝛ plusq̄pfecto infinitiui.
meminisse.Sic declinant̄ Odi.noui.caepi.nisi q̄ etiaz in im-
patiuo deficiūt.Addit Focas pepigi.Impsonalia taz actiuae
q̄ passiuae vocis per singula modorū tpa singulas voces hn̄t.

Volo ꝛ malo in impatiuo modo ꝛ supinis deficiunt. Malo etiam in futuro indicatiui. Nolo habet in impatiuo noli. nolito. nolite. ꝛ nolitote.

Defectiua in ꝯiugatōe.

Sum. es. est. Edo. es. est. Volo. uis. vult. ꝛ Fero. fers. fert. anomala sunt. Nam non sequunt certe cōiugationis declinationem. Edo habz in ipatiuo esto este ꝛ estote. Et in plusq̄perfecto optatiui. essem esses esset. essem⁹ essetis essent. In infinitiuo esse. Olim aūt ederē ꝛ edere. nā dicebāt. edo. edis. edit. Illis vero vocibus etiam Macrobius usus est in gerūdio olim edendi. edendo. edendum. nunc essendi. essendo. essendum

Duco. dico. facio. ꝛ fero. habent in imperatiuo. duc. dic. fac. fer. pro duce. dice. face. fere. quae ideo per apocopen proferunt. ne casus noim esse videant.

Quae praeterito carent et quae mutuant.

Praeterito perfecto et his temporibus quae formantur ab illo. carent omnia verba quae inchoatiua appellantur et meditatiua. vt Labasco et amaturio. Prater haec duo esurio et parturio Praeterea glisco quod olim glisci habuit. Sido. polleo. quatio. furio. sisto. ferio. fero. sum. timeor. medeor. tollor. poscor. arguor. vescor. et omnia passiua quorum actiua supinis carent. quae infra docebimus. Additur vescor. medeor. reminiscor. et liquor. Ex his pleraq; mutuantur ab aliis. vt Sido a sedeo. sedi. Quatio a concutio. concussi. nam quassi non est in usu. Furio ab insanio. insaniui. Sisto cum compositis quando neutrum est et absolutum a sto. steti. nam quando actionem significat penitus caret. vt monet Priscianus. Sunt tamē qui dicunt sisto actiuū habere statui. et statutum. Ferio a percutō percussi. Fero. a tulo. tuli. Sum a fuo verbo antiquo fui. Tollor a sufferor. sublatus sum. sic eius actiuum tollo sustuli. Poscor a postulor. postulatus sum. Arguor a conuincor. conuict⁹ sum. Vescor a pascor. pastus sum. Medeor a medicor. medicatus sum. Liquor a liquefio. liquefactus sum. Reminiscor a recordor. recordatus sum. teste Foca.

Formae verbo℞ sunt quattuor videlicet Inchoatiua. meditatiua. frequentatiua. et desideratiua. Inchoatiue sunt. quae in co. terminant. et rei inceptionem significant. vel quantum sua primitiua. vt Calesco. hoc est incipio calere vel caleo. vt Aulus Gellius docet. Formant autem a secunda persona verborum perfectorum addita co. vt Labo labas. labasco. Luceo luces. lucesco. Cupio cupis. cupisco. Viuo viuis. viuisco. et reuiuisco. Hio vero hisco format non hiasco. et misereor miseresco. Quae omnia tertie sunt coniugationis.

De meditatiua.

Meditatiuae forme verba. meditationem significant et in urio terminantur. Fiuntque a supino in u. addita rio. vt Esu. esurio. mictu. micturio. et sunt quartae coniugationis.

De frequentatiua.

Frequentatiuae. in to. et in tor. so. et xo. desinunt. et frequentiam significant. Fiuntque a supino vltimo. u. in o. verso. vt Cursu. curso. Nexu. nexo. Dictu. dicto. et dictito. quod est frequentatiuum a frequentatiuo. vt factito. At illa quae sunt prime coniugationis et. a. penultimum habent. mutant illud in. i. vt Rogatu. rogito. Volatu volito. Illa vero quae praeteritum habent in gi. formant a secunda persona abiecta. s. et addita sillaba. to. vt Legis. legito. Fugis. fugito Quaero quod est quaerito. Scribo. scriptito. Quaeso. quaesito Scio. scito. Scitor. sciscitor. Sequor. sector. Egreo. aegroto habz. Et sciendum est omnia primae esse coniugationis.

De desideratiua.

Desideratiuae formae verba terminantur in. so. vt Viso id est cupio videre. Facio habet facesso. Capio. capesso. Accio. accerso. Lacero. lacesso. Arceo. arcesso. et huiusmodi quae sunt tertiae coniugationis. De nominibus et significatione horum verborum aliter et argutius sentit Valla. sed nos tritiorem vsum secuti sumus non paruo consilio. Addunt plerique alias formas et diminutiuam in lo. vt sorbeo. sorbillo. Catulo. catillo. Garrio. garrulo. Caluo. cauillo. pro caluillo.

Ea quae in p̄ma sunt confusa persona.

Dico dicas. et dicis. Fundo fundas. et fundis. Volo voles et vis. Appello appellas. et appellis. Cōpello cōpellas. et cōpellis. Mando mandas. et mandis. Lego legas. et legis. Sero seras. et seris. Caedo caedis. et Cedo cedis.

Quae duplicit̄ in indicatiuo efferunt̄ et idem significāt.

Tergo tergis. et tergeo terges Feruo feruis. et ferbeo ferbes. et ferueo ferues. Strideo strides. et strido stridis. Fulgo fulgis. et fulgeo fulges. Denso densas. et dēseo denses. Duro duras. et dureo dures. Olo olis. et oleo oles. Cōniuio cōniuis. ⁊ cōniueo cōniues. Ungo vngis. ⁊ vnguo vnguis. Sorbo sorbis. et sorbeo sorbes. Frigo frigis et frigeo friges. Excello excellis. et excelleo excelles. Sono sonis. et sono sonas. Uno vnas. et vnio vnis. Reddo reddis. et reddo reddas. Caueo caues et cauo cauis.

Quae duplicē vsurpāt ꝯiugationem.

Morior. potior et orior. fm terciā et quartā ꝓferunt̄ coniugationē. Item et cupio praetereo sunt testes. Sed si in aliq̄ dubitas sciscitare doctissimos.

Praeterita confusa.

Cerno et cresco. crēui. Pasco et paueo. paui. Acuo ⁊ aceo acui. Pendeo et pēdo. pepēdi. Luceo ⁊ lugeo. luxi. Frigeo et frico. frixi. Pando et patior ⁊ pateo. passus sum. Uertor et versor. v̄sus sum.

Syncopata in praeterito.

Non te lateant praeterita in. ui. ꝓferri per syncopam in secūda p̄sona vtriusq̧ numeri. et in tertia pluralis. vt Amasti. amastis. et amarūt. Demuntur ex his bissyllaba. Praeter ista quattuor cum compositis. Scisti. nosti. flasti. flesti.

De praeterito p̄me ꝯiugatōnis

Rimae coniugationis verba siue actiua siue neutralia formant praeteritum a secunda indicatiui persona mutata. as. syllaba in aui. vt Amo amas. amaui. Sed crepo facit crepui. nexo. nexui. Tono. tonui. Iuuo iuui. Do dedi. Circūdo circumdedi. Reddo reddas. reddidi. Sto steti. Resto restiti. Ueto vetui et vetaui. Plico plicui et plicaui. Itez eius cō-

posita. sz rari⁹ in aui. praet duplico qd semp hz duplicaui. Ne
co necui z necaui. Domo domui. Frico fricui. Cubo cubui. so
no sonui. seco secui. mi co micui. Cuius quidem cposita cũ prae-
positionibus in aui. faciunt. ut Replicaui. supplicaui. dimicaui.
dicim⁹ etiã z dimicui. At nõ ẽ ignorãdũ q̄ cposita simplicium
sequunt̃ formationem. Sz si secus se habeãt ĩfra monebimus.

De praeterito secũdae cõiugatõis.

Secũdae cõiugatiõis ũba q̃cũq3 cõsonãte ãn. eo syllabas
hñtia in ui. syllabas praeteritũ pariũt. ut sorbeo sorbui.
Excipit̃ iubeo iussi. Et quae hñt vocalẽ natura longã. ul' ar
syllabam ãn deo. quae i si. praeterita reddũt. ut rideo risi. ardeo
arsi. Sz strideo stridi hz. Tollim⁹ etiã illa quae i. ul' e. breuez
hñt ãn deo. quã in di. praeteritũ efferũt. ut Video vidi. Sedeo se
di. Excipim⁹ etiã geminantia praeteritũ. ut Mordeo momor
di. Pendeo pepẽdi. Tondeo totõdi. Spondeo spospondi. Et
discendũ ẽ equidẽ oĩa geminãtia in cõpositione non geminari.
ut Respõdeo respõdi. Demunt̃ a do. z sto. z a disco. z posco. cõ
posita. ut Addo addidi. Cõsto cõstiti. Dedisco dedidici. Repo-
sco repoposci. Excipim⁹ etiã duo a curro. Praecucurri z decu
curri. Repungo. repupugi z repunxi. facit. Diuido ũo diuisi.
Prãdeo qdẽ geminũ hz praeteritũ prandi z pransus sum. Au
deo ausus suz. Gaudeo gauisus sum. oli gausi. z gauisi. Moe
reo moerui. z moest⁹ sum. Placeo. placui. z placit⁹ sum. teste
Mauro. Demunt̃ etiaz hñtia l. vel r. ãn geo. quã in si finiunt
praeteritũ. ut Algeo. alsi. Tergeo. tersi. Et quae hñt võlẽ lon
gã. ul' diphthongũ ãn geo. quã ĩ xi. faciũt. ut Lugeo luxi. Fri-
geo frixi. Augeo auxi. Itẽ Leo leui. Et ea quae hñt cõsonan-
tẽ ãn leo. quae in ui. syllabã ẽminãt. ut Fleo fleui. Obsoleo ob
soleui hz. z soleo solui. ut ẽ apud Salustiũ. z solitus sum. licet
Varro vetet. Torqueo q̃z cũ cõpositis. nã in si desinit. ut Torsi
z retorsi. Cieo. cij. hz z ciui In veo. aũt desinẽtia. veo ĩ vi. ver-
tũt. ut Faueo faui Ferueo ferui. sic z feruo. Nã ferbeo. ferbui
facit. Cõniueo. cõniui. et cõnixi. Addunt̃ et mulceo mulsi. Ma
neo mãsi. Neo neui. Haereo. haesi. Luceo luxi. polluceo pol

Ertiae cõiugatõis ṽba in bo.t̃minata. praeteritũ in bi. faciũt.vt Bibo bibi.Sz ea quae ṽlẽ ꝓpria natura lõgã añ bo.hñt.illũ emittũt i psi.vt Nubo nupsi. Scribo scripsi. A cubo ṽo ꝯposita faciũt ĩ ui.syllabas.vt Incũbo ĩcubui Imbuo q̃oẽ ĩbui.

Jn co.

Jn co.n.praecedẽte.abiiciũt n.7 o.in i.ꝯuerso in ci.praeteritũ reddũt vt Vinco vici.Quae ṽo ṽlẽ habẽt natura longam añ co.formãt illũ in xi.vt Dico dixi.Praet̃ ico.qꝺ nũc ꝓduci.nũc corripi reperit̃.et ici.facit.Parco aũt pepci et parsi. Jlla quae s.añ co.hñt in ui.gignunt praeteritum. vt Nosco noui.Quiesco.quieui.et Conquiesco conquieui.Demũt̃ ꝯpesco.qꝺ ꝯpescui facit.Dispesco.dispescui.Disco didici.Dedisco dedidici.Posco poposci.et depoposci. Glisco olim glisci. Cõquinisco.conquessi.et significat caput inclino.

Jn do.

Jn do.finita.vertũt o.in i.vt Pãdo pãdi.Prẽdo prẽdi Excipiunt̃ hñtia.n.vl' i.añ n.in penultima. quae in di.praeteritũ pariũt.abiecto.n.vt Findo.fidi.Scindo scidi.oli scicidi. Sz diuido hz diuisi. Tundo tutudi. Addunt̃ hñtia vocalẽ natura longam ante do.quae in si faciũt.vt Ludo lusi.Cedo cessi.rado rasi.Cedo q̃dem cecidi.penultima producta.q̃ñ ꝑcutere significat.Cado cecidi.Incido.incidi.concidi.et similia. Cudo.cudi et cussi.Pedo pepedi.Tendo tetẽdi.Pendo.pepẽdi. Fido ṽo fisus sum.olim fidi.Perdo ꝑdidi.Et caetera a do.cõposita geminãt.di.vt Credo.credidi.

Jn go.

Jn go i xi finiunt̃.vt Cingo cinxi.Ago tamẽ egi.cũ compositis.Dego degi.Lego legi.Frango fregi.Tango tetigi.Pungo pupugi.et punxi.Pango.pepegi.panxi.et pegi.primum significat pacisci.alterum cantare.tertium coniungere. Impigo.ĩpegi.Diligo.dilexi. Negligo.neglexi. Jntelligo.ĩtellexi. Hñtia r.añ go.praeteritũ ĩ si.creãt.vt Mergo mersi. Demũt̃ ꝯposita a rego.q̃ñ faciũt ĩ xi.vt Corrigo correxi. pergo ꝑrexi.

In.lo.

In lo.in.ui.syllabas.vt Colo.colui. Fallo aũt fefelli. Pello pepuli. Psallo.psalli Tollo.tetuli.p q̃ nũc substuli. Vello velli.et vulsi. Reuello.reuelli et reuulsi. Seruius tñ vetat dicendũ vulsi et reuulsi. Percello.pculi.et pculsi. Excello vl' excelleo.exculi.et excellui.

In.mo.

In mo.si vo͞ lis longa praecedat.o.vertũt illõ in psi.vt Promo prompsi. Reliq̃ ṽo in.ui.syllabas.vt Gemo gemui. Emo cum compositis.emi. Sed premo facit pressi. Perimo peremi. Interemo.interemi.

In.no.

In no.vertunt no.in ui.vt Sino siui. Sterno straui. Cõtemno tamẽ contempsi habet. Illa quae g.vel a.ante no.hñt in.ui.syllabas finiunt.vt Gigno.genui. Pono posui. Et a cano cõposita.vt Succinui.cõcinui.nã Cano cecini reddit. Lino liui et leui.

In.po.

In po.in.psi.vt scalpo scalpsi. Sz rumpo rupi.habet. Illa tamen quae e.breuem ante po.habent.in.ui.syllabas terminant.vt Strepo.strepui.

In.quo

In quo.in.xi.vt Coquo.coxi. Linquo quidẽ liqui.

In.ro.

In ro.in.ui.vt Sero serui. Cuius quidem composita in.ui.syllabas terminant.vt Desero deserui. Sed consero et insero.habẽt cõserui et cõseui.inserui ⁊ inseui. Tero triui.e.in.i.mutat. Curro.cucurri.cuius composita vt diximus nõ geminant nisi Decurro et praecurro.quae habent praecucurri et praecurri. Decucurri et decurri.vt Priscian⁹ admonuit. Gero.gessi. Uro vssi. Uerro versi et verri.

In.so.

In so.in.vi.vt Lacesso lacessiui et lacessi etiã. Arcesso.arcessi. Accerso.accersi. Capesso.capessi habet. Facesso facessi. viso visi. Quaeso quaesi et quaesiui. Pinso.pinsi et pinsui.

In.to.

In to.in ui.syllabas.vt Meto messui.Sterto stertui.Sz verto verti. Flecto flexi.facit. Necto nexui & nexi.Pecto pexui & pexi.Plecto plexi.mitto misi.peto petij & petiui.Sisto statui.resto restiti.Consto constiti et huiusmodi.

In.uo.

In uo.in.ui.vt Voluo volui.Demunt habentia vocalem natq longã añ uo.quae.xi.hñt.vt Viuo vixi.Conuiuo conuixi Reuiuo reuixi.

In.xo.

In.xo.in.xui.vt Nexo nexui.

In.cio.

In.cio.habẽtia.a.añ.cio.a.in.e.vertunt.abiectoq3.o.praeteritũ reddũt.vt Facio feci.Iacio ieci. Naz alia quae.i.ante cio habent in.xi.desinunt.vt Aspicio aspexi.At icio.ici.facit.& Elicio elicui.

In.dio.

In.dio.in.di.vt Fodio.fodi.

In.fio.

In fio vnũ est cũ cõpositis.et habz factus sum.olim fij.

In.gio.

In gio.in gi.vt Fugio.fugi.

In.pio.

In pio.in pi.vt Capio.cepi.Cupio autem cupij et cupiui. Rapio.rapui.Sapio.sapui et sapiui.

In.quio.

In.quio.vnũ est.Inquio.quod habet inquit tantum.

In.rio.

In.rio.vnũ est.Pario quod peperi facit.

In.tio.

In.tio.in.i.geminato.s.vt Concutio concussi.

In.uo.

In.uo.in.ui.syllabas.vt Acuo.acui.Arguo argui. Dicimus aũt fluo fluxi.Struo.struxi.Pluo.pluui. Vnguo.vngui et vnxi.

In.abo.

In.abo.in.xi.vt Trabo.traxi.

In.ebo.

In.ebo.in.xi.vt Vebo.vexi.

De praeterito quartae cõiugationis.

Quartae cõiugationis praeteritũ formatur a scd̃a persona praesentis indicatiui. mutata s. littera. in ui. vel in i. vt Munio. muniui vel muny. Excipiuntur aũt i cio. tminata. quae si duarum excedãt numerum syllabarum. et n. hñt añ cio. praeteritũ in xi. hñt. vt Vincio. vinxi. q̃d etiã hz vinciui et vincij. Sancio sanxi. olim sanciui et sancij. Si v̄o nõ habuerit n. faciũt i si. vt Farcio. farsi. Raucio rausi. Amicio aũt amiciui et amicij. Sz haurio. hausi. effert. et hauriui et haurij. Salio. saliui et salui. vñ desilui. Sepio. sepsi. Sentio. sensi. Venio veni. Cambio campsi et cambiui. Aio ait. Aperio aperui et aperiui. teste Foca. Altre liqua a pario deriuata faciũt in ui. syllabas. vt Cooperio cooperui. Sed comperio cõperi habet. Reperio. p. in praeterito geminat. et facit repperi.

De supinis verborum.

Supina v̄borum in vm. desinũt. et in u. abiecta. m. vt Amatum amatu.

In bi.

Ea quae in bi. praeteritũ hñt. accepta tum. syllaba supinũ reddunt. vt Bibi. bibitũ.

In ci

In ci. finita praeterita. faciũt supina in. ctũ. vt Vici. victum Sz v̄ba i. añ o. hñtia. mutãt io. in ctũ. vt Iacio. iactũ Facio factũ. Horum tñ cõposita hñt e. añ ctũ. vt Reiectum. Refectum.

In di.

In di. in sum. vt Vidi. visum. Momordi. morsum. Totõdi tonsum. Cõposita v̄o a do. mutãt o. in i. et accipiunt tũ. vt Reddo. redditũ. Circũdo aũt circũdatũ hz. Tendo. tentũ et tensum. Ostendo. ostentũ et ostensum. Edo. esum et estũ. Abscondo. absconsum et absconditũ. Quicq̄ sunt quae cũ cõpositis geminãt s. vt Findo. scindo. cudo. pando. cedo. quae hñt Fissum. scissum cussum. passum. cessum. Tutudi. tunsum seruat n. vt Priscianus in duodecim carminibus asserit.

In gi.

In gi. in ctum. vt Legi. lectum. Quae vero a. ante n. hñt perdunt n. vt Frango fractum. A fugi. fugitum est.

In li.

In li.in sum.vt Fefelli.falsum. Tuli quidem latum. Pepu li.pulsum. Velli.vulsum. Perculi perculsum habet.

In mi.

In mi.in ptum.vt Emi.emptum.

In ni.

In ni.in tum.vt Cecini.cantũ. Occini.occentũ.

In pi.

In pi.in ptum.vt Rupi.ruptũ. Capio.cepi.captũ ⁊ nõ ceptũ. At ĩcipio.ĩceptũ.recipio.receptũ.⁊ huiusmodi.

In qui.

In qui.in ctum.vt Liqui.lictum.

In ri.

In ri.in sum.vt ĩcurri.ĩcursum. Peperi võ paritũ ⁊ partũ.et ab eo ꝯposita in tũ.hñt supina.vt repperi.reptum.p simplex.p.

In si.

In si.in sum.vt Visi.visum.misi.missum.p duplex s. Demũtur.hausi.haustum. Pinsi.pistum. Gessi .gestũ. Indulsi.indultum.aliqñ indulsum. Mulsi.mulctum ⁊ mulsum . Vssi.vstum. Torsi.tortum ⁊ torsum . Addim⁹ verba quartae ꝯiugationis hñtia l.vł r.añ si.quae vertũt si in tũ .vt Fulsi fultũ.farsi.fartũ. Excipimus qꝫ hñtia p.añ si.quae in ptũ exeũt.vt Scripsi scriptum.Cambio.camptum.

In ti.

In ti.in atum.vt Steti.statũ .cui⁹ q̃dem ⁊ a sisto ꝯposita i. añ tũ hñt.vt Praestiti.praestitũ. Restiti.restitũ. Ex his aliqua atũ.ꝓducũt.vt Praestatũ.obstatũ.ꝯstatũ . Lucan⁹ Constatura fides supex. Verti vt ei⁹ ꝯposita ostendũt.v̓sum bꝫ.nã conuerti conuersum.aduerti aduersum facit.

In ui.

In ui.mutant illud in tum.vt Amaui.amatum. Audiui auditum. Dimicaui.dimicatum. Quaesiui quaesitum ⁊ quaestũ. Dicim⁹ tñ adoleui.adultũ. Agnoui.agnitũ. Cognoui.ꝯgnitũ Caui.cautũ. Laui lautũ et lotũ.q̃ndã lauatũ . Paui.pastum.

Seui.satū.mutat e.in a. At inseui.insitū habz.et ɔseui.ɔsitū. Potaui potū.olim potatū. Salui saltū. Solui solutū. Uolui volutū. Uenini et venij.venū. Sepelini.sepultū. Amicui amictum.

In vi.

In vi.syllabas.i itū.vt domui domitū.praeter Fricui.frictū Necui.nectum. Secui.sectū. Censui.censum. Docui.doctum Statui.statutum. Miscui.mistum. Tenui.tentū. Torrui.tostum. Posui.postuz et positum. Alui.alitum et altum. Colui cultum. Consului.consultum. Succinui.succentū. Concinui.concentum. Et sic caetera a cano. Molui.molituz. Occului occultum. Rapui.raptū. Texui.textū. Messui.messum. Habentia.r.ante vi.sillabas.mutāt illas in tum.vt Aperui aptuz Carui tamē caritū bz et cassum. Parui et paritum et partum At in uo.terminata.vertunt illud in.utum.vt Acuo acutum. Ruo.rutum et ruitū. Composita vero a ruo.rutum faciūt.vt Dirutum.erutum et eruitum.vt Prisciano placet.

In.xi.

In.xi.in.ctū.vt Dixi.dictū. Illa aūt quae hñt n.añ xi.abijciūt illā si etiae sint ɔiugatōis.vt Mictum.pictū. Excipimus Cinctū.tinctū.auctū.vnctū.pūctū. Fluxi qdē fluxuz bz. Nexi nexū. Fixi.xū.qd̄ p̄scian⁹ oblit⁹ ē Ea quae in supio deficiūt

Supinis quidē carēt oīa inchoatiua et meditatiua praeť parturio.parturitū.et esurio.esuritū. Itez volo.nolo.et malo Adde oīa neutra scd̄ae ɔiugatōis quae praeteritū in.ui.syllabas hñt.vt Langueo.lāgui.praeť hec. Placeo.noceo.careo.pateo.valeo.et doleo. Haec q̄z supinū nō hñt.

Aestuo.sterto.mico.rudo.strido.strideo.psallo.
Et conquinisco parcas.obedit q̄z dego.
Respuo.scalpo.luo.sic signās cerno vidcre.
Horreo.scando.pauet.mando.scabo iungere debes.
Linquoqꝫ cū satago.compesco.lamboqꝫ lingo.
Ambigo cū metuo.timeo simul urgeo glisco.
Caluoqꝫ cū renuo.disco tremo q̄z posco.

Similiter et aliqua ex his quae inter defectiua posuimus.

De passiuoꝝ. cōmuniū. deponētiūq; praeteritis.

Passiua ex proprijs participijs. et sum. es. est. connectunt praeteritum. vt Amor. amatus sum. vel amatus fui. Illa igit̃ quorum actiua in supinis deficiunt carēt praeteritis.

Restat iam vt dicamus de supinis communium et deponētium. quae vt facilius formes. finges ex illis actiuū in. o. et seruata similium norma. finges etiam supinum. quod verum esse comperies. vt ab Opitulor fingatur opitulo. opitulaui. opitulatum. et est verum supinum. Ex hoc ergo participiū. ex quo deinde praeteritum formabis. At haec quae sequuntur hanc fugiunt regulam. Amplector. amplexus. sum. Complector. cōplexus sum. Experior. expertus sum. Misereor. misertus sum Reor. ratus sum. Loquor. locutus sum. Nascor. natus sum. Sequor. secutus sum. Potior. potitus sum. Ulciscor. vlt⁹ sum Orior. ortus sum. Obliuiscor. oblitus sum. Operior. optus sum. Irascor. iratus sum. Comminiscor. cōmentus sum. Fruor (in quo Focas delusus est) fret⁹ sum. fruitus sum. ⁊ fruct⁹ sum. Morior. mortuus sum. Tuor. tuit⁹ suꝫ. Tueor. tut⁹ suꝫ Queror quest⁹ sum. Utor. vsus sum. Ordior. orsus sum. Proficiscor. profectus sum. Nanciscor. nact⁹ sum. Paciscor. pact⁹ sum. Expergiscor. experrectus sum. Fungor. funct⁹ sum. Gradior. gressus sum. Metior. mensus sum. ⁊ metitus sum. Patior. passus sum. Fateor. fassus suꝫ. Fatiscor. fessus sum. Labor lapsus sum. Adipiscor. adeptus sum. Nitor. olim nixus sum. nunc nisus sum. Comperior. mereor. et diuertor. habent comperi. merui. et diuerti. quae Focas passiua neutra appellat.

Potuissem pluribus in locis doctorum autoritates afferre sed quia studui breuitati. illas praeterij nō imprudenter. Si q̄ vero sunt qui doctorū testimonia quaerant ex doctissimis grāmaticorum atq; vsu autorum accipere poterunt. Uale lector et ama Sulpitium tuum.

Finis

Sulpitij verulani in libello de constructione partiumo-
rationis ad Mazancollum. praefatio.
Um decembribus mecum vacationibus considerarem
aliquid operis lucubrare. quod tuo Mazancolle sa-
pientissime nomini dedicarem. Venere forte mihi in
mentem tui nepotes charissimi quibus si cōmodum facerem ti
bi fore gratissimū non dubitabam. Statui ergo de constructio
ne illis opusculum scribere sub tutela nominis tui. nequis liui
dus et detractor in illud latrare auderet. atq; vt inde quātula-
cūq; mihi gl'ia orire̅t. tua magis approbatione clarerem Ad
quod opus aggrediendū impulit me etiam charitas quaedam
et pietas erga adolescentes. q̇ fraudati sunt simplicitate doctri-
nae. Nam cum multi licet doctissimi hac aetate viri de ↄstru-
ctione scripserint. id tū qd̕ erat nō negligendū praeterierunt.
noīm videlicz ↄstructiōez. Illorūq; alij nimis īpliciti et parci
fuerunt. Alij sicci incautiq; in tenuissimos inciderunt errores.
Alij nimis ꝓfusa sz nō plena tradiderūt praecepta. Ego autez
conat⁹ sum ita breuit̅ rem collige̅. vt breuitas ipa nō pariat ob
scuritatē. et ita accurate vt nihil praetereā necessariū. nec alio
rū sequar errores. neq; tam vulgarit̅ scribe̅ volui. vt nihil labo
ris ī pectore docētis relinqre̅. Nā vboꝝ significata non posui.
nec secūdas ꝑsonas. et praeterita et supia. vt alij posue̅. Est em̅
h⁹ libelli titul⁹ solūmō de ↄstructione. quē vt leta fronte susci-
pias magnope̅. te oro amplissime pr̅ curesq; vt Hieronymus
et Philippus hunc diligenter ediscant. Plus em̅ in h q̄ in
alijs quibuscunq; de constructione proficient.

De generibus verboꝝ.

Genera vboꝝ praecipua sunt duo. Personale et īpsonale.
Personale vbū ē. qd̕ ꝑ nūeros et ꝑsonas declinat̅. vt Amo a-
mas amat. amam⁹ amatis amāt. Impsonale ē. qd̕ nūeris car-
ꝫ ꝑsoīs. vt Tedet. Miseret. De vbo ꝑsonali.
Genera vboꝝ ꝑsonaliū sunt qnq;. Actiuū. Passiuū. Neu-
tꝝ. Coē. et depone̅s Sūt q̇ diuidāt neutꝝ. ī neutꝝ simplex. neu
tꝝ substātm̅. neutꝝ passiuū. et neutro passiuū. quae sunt neutri

generis species.

Omnia verba personalia volunt ante se nominatiuum seu vocatiuum. vt Ego amo. O Virgili ama.

Nominatiu⁹ et vocatiu⁹ cū v̄bo dn̄t i duob⁊ accidētib⁊ con cordari in p̄sona et in numero. vt Tu amas. et o tu ama.

Adiectiuum cum suo substantiuo debet in tribus conueire. in genere. numero. et casu. vt Vir doctus legit.

Relatiuum substantiae cum suo antecedente in trib⁊ ꝯcordatur. in genere. numero. et persona. licet in persona discordari cum verbo possit. vt Equus quem video currit.

Oia v̄ba actia volūt an̄ se ntm̄ seu vtm̄ agētē. et p⁹ se actm̄ patiētē. Exceptis. metuo. formido. timeo. audio. vido Et quaedā alia ad sensus ꝑtinētia. quae si recte aduertim⁹. ntm̄ postulāt patiētē. et actm̄ agētē. vt indicat Priscian⁹. ſʒ ista eidē regule subijciant̄. Infdico solū ex actiuis refugit accusatiuum.

Actiuū v̄bū ē. qđ i o. desinit. et format passiuū i or. vt Amo amor. Et pōt facē trn̄sitiōeȝ ad hoiem i p̄ma vł in scđa p̄sona.

Haec et plura ex actiuis solū actm̄ patiētē post se postulant. vt Ego amo galateam.

Amo. Diligo. Colo. Video. Tāgo. Porto. Fero. Gero. Voco. Teneo. Verbero. Timeo. Formido. Metuo. Dicimus tn̄ metuo tibi. et a te. Sic timeo tibi. et a te. Sʒ subītelligit̄ accusatiu⁹. et differūt. Desidero. Cupio. Incipio. Incboo. Lego. Perlego. Relego. Despicio. Decipio. Fallo. dic autē via me fefellit Fimo. Perficio Perago. Cano Cāto Honoro. Sperno. Cōtēno. Vitupo. Fastidio. vt ego fastidio v̄ba tua. Laudo Supplico. qđ etiā dtīo iūgit̄. vt Supplico te. et tibi. Consulo id est ꝯsiliū peto. Ledo. Offendo. Ausculto. Audio Sʒ dicim⁹ etiā ausculto et audio tibi. h̄ est. obtēpero tibi. Et potes addē q̄si his oīb⁊ dtm̄ damnū aut vtile dec⁹ aut dedec⁹ aut accidēs denotātē. vt Desidero laudē filio tuo. Sic et nōnullis alijs quae dicentur inferius.

Haec et pl'a vltra actm̄ accipiūt dtm̄ indicātē i quē dirigit̄ act⁹. vt Tu das libꝛ Sulpitio.

Do. Praebeo. Dono. Impendo. Trado. Tribuo. Exhibeo. Credo. vt credo pecuniã tibi. i. mutuo et in fidem do. Nam credo verbis tuis. id est. fidem adhibeo neutrum est.
Nuncio. Significo. Dico. cis. Assero. Narro. Dico. as. Lego is. Lego. as. Scribo. Mitto. Ex his tñ Do. mitto. et scribo iũgũt accusatiuae praepositõni. vt Scribo ad te lras. Do lras huic ad te. hoc est. vt reddat tibi. Committo. Mutuo. Submitto. Subdo. Obycio. Suppono. Declaro. Maifesto. Recito. Promitto. Spõdeo. Reddo. Debeo. qd et solũ datm allicit. Jubeo. Edico. Indico. Parco. Assimilo. Cõparo. Confero te illi 7 cũ illo. Mãdo. Cõmẽdo. vt cõmẽdo te pontifici. i. charũ te facõ põtifici. cõmẽdo te apud põtificẽ. i. laudo. Ascribo te ĩ nũerũ illorũ. et ascribo hanc rem tibi laudi et ad laudem.
Monstro. Ostẽdo. Indico. Refero tibi. hoc ẽ. dico tibi. Refero ad te. i. consulo te. Suadeo. Persuadeo. Disuadeo. Inuideo. vt inuideo tibi vsum lignorũ. Maledico tibi. et te dicimus Sic construes benedico et vno casu contentat. Interdico vo accusatiuum nõ postulat s3 datiuũ et ablatiuũ sine praepositõe vt Interdico tibi aqua et igni.

Haec et nõ plura vlt accusatiuũ patientẽ aliũ accusatm postulant. vt Ego doceo te grammaticam.

Doceo. Moneo. Admoneo. Rogo. Interrogo. Celo. dicimus etiã Celo tibi librũ. et celo te de libro. Flagito. Posco Peto. Postulo. Sed haec duo etiã ablatiuũ cũ praepositõe vt plurimum habent. vt postulo abs te beneficiũ. Oro. Exoro Calcio. Uestio. Induo. Exuo. Cingo. Subcigo. Dicim9 q3 vestio 7 induo 7 exuo te veste. et accingo me ense. Cõprehẽdes cũ supioribus ab eis quedã cõposita. vt Edoceo. cõmoneo. Legimus doceo te de hac re. et admoneo te huius rei.

Haec et plura post accusatiuũ requirũt ablatiuum sine praepositione. vt Spolio te veste.

Munero. Percutõ. Uerbero. Dono te munere aurato. Orno. Priuo. Onero. Exonero. Lacto. Educo. Cibo. Alo. Nutrio. Dico. Munio. Spolio. Uitupo. Offendo. mordeo. Im

pugno. Expugno. Oppugno. Lacero. Uulnero. Sato. Sacio. Uacuo. Aspicio. Cōspicio. Suspicō. Respicio. Inspicio. Prospicio. Quae quidē aliqñ relicto accusatiuo dtm̄ volunt Terenti⁹ Tibi ꝓsperi. Uexo. Instigo. irrito. pello. fugo. Cedo te baculo. i. verbero. nam cedo tibi. i. do locū tibi. neutrū ē acquisitiuū. Capio te manu. Sed qñ dicim⁹. h̄ atriū capit cētū homies. sigficat ꝙ ē capax centum hoīm. Corono. Peto. vt Peto te hasta. cū hasta nō dicim⁹. Nā qñ instrumenta signi ficam⁹ praepositonē hāc nō addim⁹. vt Loquor lingua. Curro pedibus. Quando vero coniunctionē et comitem exprime volumus. addimus praepositionem vt testis est Ualla. vt Suscēpi te cū honore. ⁊ tu scribis cū iocūditate. Qd̄ qdē raro fallit. et possunt h̄ pacto innumerabilia verba construi

Haec et plura post accusatiuū volūt genitm̄ vł ablatm̄ sine praepositione. vt Impleo cadum vini et vino.

Impleo Compleo Expleo Repleo Purgo Dāno Accuso Arguo Increpo Corripio Reprehendo. Sz Emo Comparo Uendo Uenundo ablatiuum solummodo precium denotantem postulant. vt Emi lactātium quattuor aureis Uolunt vero illa quattuor hos simplices genitiuos Tanti. quanti pluris et minoris quantidem et tantidē. Similem cōstructōnem sequuntur omnia verba post quae exprimēda sunt vt Appretio Ago Doceo Facio Consto. Iuuenalis. At ꝗ iō pluris ꝙ cossus agebat. Idē Chrysogon⁹ quāti doceat vel pollio quāti. Idē Tanti tanti vna venefica constat. At dicimus. Emi librum minori precio ꝙ tu. Potesq; his addere praepositionem cum ablatiuo. vt Emi librum abs te tribus talentis. Estimo genitiuum etiam regit. vt Omnes vni⁹ estimemus aris. vt inquit Catullus.

Haec et plura vltra accusatiuū possunt recipere ablatiuum praepositione adiecta. vt Ueruları audiunt lectionē a me vel ex me.

Audio Intelligo Habeo Capio Accipio Recipio Suscipio Separo Diuido Segrego Aufero

quod etiã datiuo iungitur. Pello. Expello. Haurio. Retraho. libero. Soluo te e vinculis. et estus soluit gelu. Moueo. Amoueo. Remoueo. Semoueo. Dimoueo. Cõmoueo. Uello. Diuello. Reuello. Conuello. Extirpo. Proijcio. Eijcio. Exigo. Quib⁊ fere omnib⁊ potest addi ablatiu⁹ sine praepositione denotãs rẽ efficientẽ. vt Haurio aquã e puteo manibus Audio lectõnẽ a te aurib⁊. Uello herbas e terra ligone.

Dictum est iã de verboꝝ actiuoꝝ constructõe. sꝫ animaduertendũ est ꝙ multa cuiusqꝫ generis ṽba absolute poni pñt vt Amo. Nonnulla aliquando solo datiuo contentant̃. vt Inuideo tibi. Benedico tibi. Multa relicto post se casu. alijs ṽbis adhaerent. vt Opto te viuere. Puto te dormire. ⁊ Cupio euadas doctus. Multa praepositioni et casui suo iunguntur vt Rideo de te. et Timeo ob verba tua. Sed quia impossibile est colligere verba omnia. Charissime lector poteris ex paucis reliquoꝝ cõstructõnẽ tuo studio ⁊ industria discere. Tecꝫ oro ne audeas hoc opusculum vel addendo aliquid vľ subtrahendo corrumpere. Est eñ vniuscuiusqꝫ officium ita seruare volumina vt sunt a suis autorib⁊ scripta.

De passiuorũ constructione

Passiuum verbũ est. quod ab actiuo formatur addita. r. vt Amo. amor. Sed daris vel dare primam personam non habꝫ Passiua verba omnia quaerunt ante se nominatiuum vel vocatiuum patientem. et post se ablatiuum cum praepositone. vel datiuum agentem. et post illum postulant si libet omnes casus suorum actiuorum. vt Galatea amatur a me vel mihi. Litere dantur a me tibi. Dices tamen A me iuberis tu. et Hoc iussum est mihi ab illo. ꝙꝙ Seruius dicat Iubeor non inueniri. A me inuideris tu. et Haec res inuidetur ab illo mihi Sed inuideor figurate a poetis prolatum asserit Priscianus. A me celatur tibi liber. et A me vel propter me celaris tu librum. Tu es interdictus a me aqua et igni. Aqua et ignis ẽ interdict⁹ a me tibi. vt Ualla docet. Tu es rogatus a me veniã. Uenia est rogata abs te mihi. Cadus repletur a me vi-

ni et vino. Equus emitur a me vel ab illo tribus aureis vel pluris. Tu doceris a me grammaticam. Ego muneror a te veste. Lectio audit a me. a magistro. Illa vero quattuor Nominor Vocor. Nuncupor et appellor. volũt post se etiam noĩativum vt Nominor Sulpitius. scilicet a te vel ab aliquo. Sic cõstruuntur et pleraque alia. vt Feror sublimis. Scribor haeres. Iudicor sapiens. Arguor innocens.

Neutrũ verbũ ẽ. quod in. o. desinens. non habet passiuum in or. vt Aro Seruio. Sum vero et sua composita non in o. desinunt. Sic defectiua illa. Inquam. Infit. Odi. Noui. Coepi. Memini et huiusmodi.

Haec et vix plura ex neutris quaerunt ante se noĩatiuũ patientem. et post se ablatiuũ. vt Careo nũmis. i. nõ hẽo nũmos. Et vocant possessiua.

Careo. Abundo. Affluo. Mereo. quando militare significat Lucanus. Ere merent paruo Nam in alijs significatõnibus dicimus. mereo laudem. Sic et mereor palmam. et mereor de te. id est. confero in te aliquid. et Moereo morte filij. vel propter mortem filij. Consto. vt Liber constitit mihi duobus aureis. Egeo autem et Indigeo vel genitiuo vel ablatiuo contenta sunt. vt Egeo auro et auri. Satago. hoc est. satis sum curiosus. vel perago. et procuro. solo genitiuo. Terentius. Hic satagit rerũ suarum Abstineo illius. dicimus illũ. et illo. vt tradit Priscianus.

Haec et plura añ se postulant nominatiuum agentẽ. et post se datiuũ. vt Inseruio amicis. Et appellant acquisitiua.

Seruio. Inseruio. Disseruio. Prosum. Proficio. Adsum Praesũ. Praesideo. Praeniteo. Obsum. Noceo. Officiõ. Sufficio. quod dicimus. Terra sufficit humorẽ herbis. i. dat abunde Placeo. Libeo. Displiceo. Incido. Accido. Venio. Euenio Aduenio. Contingo. Conuenio. Resto. Vaco. quando significat dare operam. nam si cum ablatiuo construitur significat vacuum esse. vt Vaco culpa. id est. vacuus sum culpa.

Liceo. ħ ē. licitū ē. Lateo. vt tu mihi causa lates. Quod etiā accusatiuo coniūgit̄. vt nulla res latet deū. Inuigilo. Incūbo studijs ⁊ ad studia. Consulo cū significat cōsiliū do. et ꝓuideo vt Consulo rebus tuis. Studeo qđ etiā aliqñ iungit̄ accusatiuo. Benefacio. Satisfacio. Madefacio. liqueo. i. manifestus sum. Caueo. qđ etiā ablatiuo praepositōniq3 iūgit̄. vt Caue tibi ab illo. Et accusatiuo. Iuuenalis. Cauet hūc quē coccina lena. Faueo. Confero. Derogo. Abrogo. Assuesco. Obedio Pareo. Obtēpero. Fido. qđ et ablatiuū assumit. vt Fido tibi. et te et illo. Haereo. Adhaereo. Inhaereo. Acquiesco. Obuio Insto. Illudo. Insulto. q̄q̄ ista tria etiā accusatiuo iungant̄. Adsto aūt etiā ablatiuo. vt Adsto illi. illo. illū. et etiā.

Intersum qñ praesentiā sig̃ficat. datiū circa illū post se postulat. vt Interfui disputatōni. Qñ significat differētiā. vult praepositōnem cū ablatiuo. vt. Ego intersum ab illo. Dicim⁹ etiā. multū int̄est inter me et te. Qñ notat distantiā ħ pacto dicim⁹. Duo miliaria int̄sunt hinc ad vineā meā. Et decē pedes int̄sunt ab ostio ad altare. Qñ vō significat vtilitatē vult añ se noīatiū agētē. et post se genitiū patiētē. vt Númi int̄sunt pauperū. Utimur tñ loco genitiuoꝝ ꝓnūtiuoꝝ ablatiuis foemininis quiq3 ꝓnominū possessiuorū. vt Lectō int̄est mea. tua. sua. nostra et vr̄a. Sic et cuia. i. lectio est in re. id ē vtilitate. mea. tua. sua.

Soluo qñ satisfacē sig̃ficat. neutrū est. vt Soluo mercedē tibi. leges. non es soluendo. i. soluere nō potes. Sic construit̄ mutuo. vt Mutuo pecuias tibi Nā. r. assumpto nō pñt trāsire in aīal rōnale. Mutuor aūt deponēs. regitq3 accusatiū et ablatiuū. vt Mutuor nūmos a te

Haec et plura volūt accusatiū patiētē. vt Ego aro trā Et appellantur transitiua. Habent autem tertias passiuoꝝ voces. vt Arat̄. ⁊ arant̄. Bibit̄. et bibūt̄. vt monet Quītilian⁹. Ouidi⁹. Tenuis mihi cāpus aratur. Iuuenalis. Sed nulla aconita bibuntur. Ab his participia passiuae deriuātur sig̃ficatiōis. vt Aratus et Arandus Comesus et comedendus. Potus et potandus

Aro. Semino. Sero. Insero. Desero. Mando. is. Edo. Comedo. Obedo. Prandeo. Coeno. Bibo. Poto. Pitisso. Puto. Meto. Ventilo. Disco. Habito. Vindemio. Trituro. Egero. Digero. Ingero. Calefacio. Frigefacio Tepefacio. Paruifacio. et similia. Ambio. Nauigo. Mereo. pro meritus sum. vt merui aliquid de te. hoc est. contuli aliquid in te. Memini lectionem et lectionis. Odi. Noui. Coepi. quae vim habent actiuam. et neque neutra neque actiua sunt. Inquam et infit. defectiua. Mingo Spuo. Glomero. Gargarizo. Salabro. Meredo. Pinso. Spumo. Sitio. Inbio. Insisto. Delecto. cui additur ablatiuus. Valeo. Suo. Insuo. Assuo. Desuo. Molo. Neo. Filo. Nauigo Sarcio. Resarcio. Munio. Euiscero. Volo. Nolo. Texo Oleo. Redoleo. Sudo. Subeo murum et muro. Adeo vrbem et in vrbem. Fugio illum. et ab illo. Scio. Nescio. Ignoro. Dicimus tamen Scio fidibus Scio cithara. Sono quod ad instrumentum proprie pertinet. vt Campana bene sonat. et Tua vox sonat stulticiam. hoc est indicat. Virgilius. Nec vox hominem sonat. Dicimus autem Sono et persono cithara. vt est apud eundem. Et eccho resonat vocem tuam. et resonat tinnitibus ida.

Haec et plura post se non regunt casum sine praepositione posita vel intellecta. vt Fui in foro et apud forum. Et appellantur absoluta. nam sola per se valent sensumque indicant.

Eo. Vado. Euado. Meo. Pergo. Ambulo. Tendo. Accedo Curro. No. Nato. Pertineo. vt Hoc ad te pertinet bolle. Attingo etiam datiuo iungitur. Vigilo. Cubo. Dormio. Sterto. Oscito. Screo. Strideo. Volo. as. Traseo. Venio. Quiesco Deambulo. Pereo. Incedo. Sedeo. Jaceo. Sto. Maneo Permaneo. Sum. Absum. Adsum. Pigno. Deficio. vt Campani defecere a romanis. Quae fere omnia aliquando alliciunt nominatiuum post se. vt Incedo regina. Sum bonus. Curro velox. Aliqua nonnunquam accusatiuum. vt Viuo vitam. Eo iter. et itinere. Vigilo noctem. et tota nocte. Exeo aulam. et aula. Saepe ablatiuum. vt Eo pedibus. Pereo ferro.

De Sum

Sum nō mō noīatiuū ꝛ ablatiuū ꝛ accusatiuū post se postulat. vt Sum doct⁹. Sū apud forum. Sū in theatro. Sꝫ saepenumero cōstruit̄ cū genitiuo. vt Tu es magne autoritatis. Et cum datiuo. vt Multi libri sunt mihi. Et mihi est cognomen Julo. Et cū ablatiuo sine ꝑraepositiōe. vt Tu es magna vi et cōsilio

Pluo Mingo Fulmio Fulguro Tono Grādino. Tempesco. absolute ꝑ se valent in tertijs ꝑsonis. Recipiūt tn̄ noīatiuū ꝛ accusatiuū. vt Jupit̄ pluit lapides. Fulmiat turres. Grandinat segetes. Leges apud Liuiū. Pluit lapidibus. et pluerūt lapides. Stati⁹ in thebaide mq̄t. Saxa pluunt Diescit. Noctescit. id ē. incipit fieri nox. vl̄ nox fit. Defectiua sunt et absolutissima.

Haec et plura q̄runt añ se noīatiuū patientē. ꝛ post se ablatiuū agentē. siue accusatiuū cū praepositiōe ob. vl̄ ꝑpter. vt Ego gaudeo gl̄a. vl̄ ꝑpt gloriā. Et vocant̄ effectiua.

Gaudeo. Jubilo. Exulto. Doleo. Moereo. qñ moestū esse significat. Albeo. Nigreo. Caleo. Frigeo. Tepeo. Egroto. Rubeo. Palleo. Splendeo. Pingueo. Macreo. Audeo. Fido. Areo. Vireo. Ardeo. Madeo.

Haec neut̄ passiua volūt añ se noīatiuū patientē. et post se datiuū et ablatiuū agentē cū praepositiōe a. vl̄ abs. vt Seruus vapulat domino vel a dn̄o.

Vapulo. Veneo. Exulo. Nubo. Fio. Liceo. vt Tu licebis a me magno. et ego sum fact⁹. Sic cōstruit̄ Calefio. Frigefio et hmōi.

De v̄boꝝ cōmuniū cōstructōne.

Cōmune verbū ē. qđ in or. desinēs. nō format̄ a v̄bo desinente in o. et actōnē ꝛ passionē signat. Actiuoꝝq; ꝛ passiuoꝝ simplicē cōstructōꝫ req̄rit. vt Ego interp̄tor Persiū. A me interp̄tat̄ Persius. Largior aūt datiuū etiā postulat. vt Largior equū tibi. A me largit̄ equ⁹ tibi. Largior. Expior. Veneror. Moror. Osculor. Hortor. Dehortor. Cohortor. Criminor Amplector. Cōplector. Interp̄tor. Hospitor. Nec te lateat veteres int̄ cōmuia posuisse. Vereor. vtor. Consolor. Dignor

Cōfiteor. ⁊ testor.

De cōstructōne deponētib.

Deponens verbū est. qd in or. finitum. nō habz actiuū in o. Et vel actionem vel passionē significat.

Haec et plura ex deponētib' post se ablatiuū patiētē sine praepositiōe volūt. vt Utor meis reb'. Et appellanť possessiua

Utor. Uescor. Fruor. Potior. Fungor. Sz potior accusatiuo etiā et genitiuo coniūgiť. Fungor ablatiuo et accusatiuo. Terentius Tu te illorꝫ officiū fungere.

Haec et plura datiuū patientem requirunt. vt Ego auxilior infirmo. Et vocanť acquisitiua.

Auxilior. Opitulor. quae etiā actiō iūgūť. Suffragor. Patrocinor. Medeor. Medicor. Sz dici' etiā. medeor te. Misereor tibi et tui. Moderor te et tibi. Blandior. Adulor. Iniurior. Mentior. Irascor. Insidior. Ludificor. Amicor. Inimicor. Aduersor. Obuersor. Dñor. Aminiculor. Famulor. Ancillor. Aliquib' qdē ex his potes addē ablatiuū. vt Blādior tibi manu.

Haec ⁊ plura accusatiuū flagitāt patientez vt Solor te. Et appellanť transitiua.

Solor. Cōsolor. Furor. Aggredior. Adorior. Conor id. ⁊ ad id. Sequor. Insecr. Persecr. Populor. Praedor. Depraedor. Miror. Demiror.. Admiror te. ⁊ de te. Pascor panem et pane. Metior. Recordor. Reminiscor. Obliuiscor. quae tria etiā gtis iūgunť. Arbitror. Aspnor. Adipiscor. Uenor. Aucupor. Piscor. Stipulor illū et ab illo. id ē. introgo vł spondeo Promereor. Demereor. Emereor. Nā mereor cū praepositiōne iūgiť. vt Mereor de te. Loquor dulcia vba ad te. Et alloqr te dulcib' vbis. Reor. Opinor. Meditor. Imitor. Emulor. Exordior. Ulciscor te ⁊ de te. Sortior. Foeneror. Adipiscor. Prestolor. qd etiā dtio ꝯiūgiť. Lucror. Patior Uaticinor. Pronosticor. Auguror. Misereor. miseraris. Liceor. cui addiť ablatiu'. ⁊ aliqñ gtūs. vt Liceor te magno pcō. ⁊ liceor te tāti. Queror. Cōqueror. Qz ꝙ dicim' etiā. qror de te ⁊ tibi . i. apud te molior. Potes addere aliquibus datiuū. vt Furor equū tibi. Auguror tibi mortē. Aliquib' ablatiuū. vt Aggredior te ferro. et Patior dolorem ex vulnere.

Ista et plura añ se noiatiuũ volũt patiẽtem et post se ab
latiuũ agentẽ sine praepositõne. vł accusatiuũ cũ ob. vł
ꝑpt. vt Laetor pecunijs. ł ꝑpt pecuñas. Et dicunt̃ esse-
Laetor. Gratulor. cui dtm̃ addim⁹. vt Gratulor tibi ctiua
tua foelicitate. Sic et grator. Virgili⁹. Gratare sorori. Glori
or. Indignor. delector. Oblector. morior. Stomachor. Tri
stor. Verecũdor. Expergiscor. Algoror. Bacchor. Crapulor.
Contẽtor. Grauor illo et illud.

Haec et plura requirũt añ se nominatiuũ patientẽ. et
post se dtm̃ vł ablatiuũ cũ praepositõne. vt Ort⁹ suꝫ
ex bono patre. Et appellant̃ deponentia passiua.

Orior. Nascor. Renascor.

Haec et plura nõ regũt post se casum sine praepositõ-
ne. vt Altercor cũ Paulo. Et noiant̃ absoluta.

Gradior. Proficiscor. Ingredior. Reuertor. Nugor. Con-
uersor. Rissor. Tumultuor. Altercor. Ratiocinor. Argumẽ
tor. Lachrimor. Proelior. Labor Nitor sub pondẽ. et nitor
hasta. Cachinor. Gradior. Luctor. Grassor.

De verboꝝ impsonaliũ constructione

Genera verboꝝ impsonaliũ duo sunt. Actiuae vocis scꝫ et
passiue. Actiuae vocis termiant̃ in. t. vt Tedet. miseret. Passi
uae in. tur. vt Amat̃. Et descendũt ista passiuae vocis a tertijs
personis oim̃ fere actiuoꝝ. addita. ur. vt Amat. amatur. Sed
dicimus Amatũest. amatũfuit. amatũfuisset. Et similia i vni-
ca dictione ne putares duas. Descendunt etiam a neutris illł
quae non significant passionem. et vim habent actiuam vł ab
solutam. vt sunt Careo et vapulo. quae illa non habent. Sed
ab illis fere quae cum seruio numerammus et cum aro. et eo.
is. Ab alijs verbis raro inuenies. Nullum quidem verbũ in
or format impersonale. A sum et compositis eius. nullũ praet
estur et potestur inuenies. Estur q̃ꝫ ab Edo. es. est. deriuatur.
Regũt quidẽ impsonalia añ se ablatiũ cũ praepositõe. vł loco
ablatiui datm̃. vt A me vel mihi amat̃. Et absolute ꝑ se valent
Nec possunt ꝯstrui trãsitiue. quare nunq̃ addes post illa ac-

cusatiuū nisi iūcta praepositiōe. vt A me itur in antiquā siluā Potes aūt addere quibusdā datiū si eorū psonalia illum regūt vt A me seruitur tibi. Marcialis. Nō bene crede mihi seruo seruitur amico. Aliquādo ablatiuū cū praepositiōe. vt a me audit a te et A me stat̄ i foro. et A me interdictū ē tibi aq̄ et igni Est em̄ animaduertendū q̄ in infinitiuis verborum impsonaliū passiuae vocis semp debz exprimi ablatiuus. vt Volo a me amari Volo a me fuiri. i. Volo amare. volo seruire.

De constructione impsonaliū actiuae vocis.

Interest et refert. qn̄ sigficant vtilitatē si iūgunt̄ verbis infinitiuis sunt impsonalia. et quaerunt ante se infinitiuū. ꝛ post se genitiuum omniū casualiū dictionum. Sz volunt p genitiuis primitiuorum ablatiuū foemininū illorum pnominū mea. tua. sua. nostra et vestra. adde et cuia. vt dictum ē in neutris. vt Legere interest Sulpitij. vel mea. Et studere refert illius. vl' tua Inuenitur tamen refert quasi impersonale. q̄uis nō sit iūctū infinitiuo. Habet em̄ solūmodo tertias personas vtriusq̄ numeri. vt Haec res refert mea vel illius. Dicim⁹ etiam. Parui refert et istius nō refert in alia significatiōe. ea ē. parum differt et iste non curat.

Placet. Libet. Contigit. Accidit. Euenit. Liquet. Praestat. hoc est. melius est. Constat. firmum est. Cōducit. Expedit. hoc est. vtile est. Conuenit. Suppetit. Vacat. Restat. Si infinitiuis verborum iūgant̄ sunt impersonalia. et volunt ante se infinitiū et post se datiū. vt Legere placet studiosis.

Decet. Delectat. Iuuat et oportet. iuncta infinitiuis sunt impsonalia. et infinitiuum cum accusatiuo postulant. vt Audire iuuat me.

Est. erat. fuerat. impersonalit̄ saepenumero ponit̄ et exigit ante se infinitiuū et post se genitiuū. vt Seruare fidem ē boni viri. Dicimus tamē. mea. tua. sua. nostra et vestra.

Pertinet. Attinet et spectat. si infinitiuo iūgant̄ sunt impsonalia. et volunt ante se infinitiuum et post se praepositionē cū accusatiuo. vt Legere ptinet ad me.

